



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Sectio IV. De Dolore Sacramentali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

partialem vel totalem, sed merè ab intentione absolventis, cum tamen uterque concursus sit sacramentalis, ut supponitur, parum refert, quis significetur, dummodo significetur Absolutio procedens à tali ministro, quippe quod forma Absolutionis debeat significare ministrum ut causam totalem vel partialem, ubi fides docet? Sufficit planè, quod significet actum, qui per ipsum ministrum exercetur.

Adde, cum sit ambigua significatio istorum verborum, fortè per solam intentionem ministri satis eam determinari ad hunc vel illum concursum significandum, veluti ly Meum in

forma Consecrationis determinatur ad significandum corpus Christi, tametsi omnes circumstantes apprehendant Sacerdotem loqui de proprio corpore.

Atque hic sit finis huius controversiæ, parùm reverà utilis; uti & aliæ nonnullæ, quæ hinc à Doctoribus tractantur, & ideo eis non immoror; sed transeo ad illa, quæ sunt scitu profus necellaria tam ipsis Confessariis, quàm penitentibus; ad actus, inquam; penitentis, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem. Et quoniam Contritio primum locum inter dictos penitentis actus habet, hinc erit

## SECTIO QVARTA.

### De Dolo Sacramento.

**C**oncilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. in principio, *Contritio*, inquit, *quæ primum locum inter dictos penitentis actus habet, animi dolor ac desectio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de castero.* Hanc definitionem diffusius explicavimus disp. 6. sect. 2. concl. 2. & ibi dictis nihil habeo addendum. Potro alia est Contritio charitate perfecta, alia Contritio imperfecta, quæ Attritio dicitur, ut ibidem docet Concilium. Queris à me, an etiam illa Attritio sit dolor Sacramentalis, & quid sit illa Attritio? Resolutionem meam invenies disp. 6. sect. 3. per totam.

Tantum addo, etsi primum intentum Concilii fuisset, ostendere contra Hæreticos, quod Attritio non sit actus malus, sed bonus; & consequenter, quod falsò quidam calumnieatur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: equidem eadem operâ, postquam declaravit, de qua Attritione loquantur Scriptores Catholici, scilicet de illa, quæ voluntatem peccandi excludit, cum spe veniæ, eadem, inquam, operâ approbat eorum doctrinam, dicens: *Et quamvis sine Sacramento, Pœnitentiæ per se ad iustificacionem pervenire peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam, in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. An remoret tantùm? Immo verò proximè secundùm Catholicos Scriptores, quos ibi Concilium desepdit à falsa calumnia Hæreticorum.*

Unde quod subditur: *Hoc enim timore utiliter concepsi Nimirum, ad iustè predicacionem plenam exterioris Pœnitentiæ egerunt. & misericordiam à Deo impetrarunt, videre possent, non esse probatio illius, quod immediatè præcesserat, cum*

tunc nondum esset Sacramentum Pœnitentiæ institutum; sed primariè quasi intenti, ut puta timore pœnæ à Deo immittum non esse malum, neque etiam Pœnitentiæ, quam ex illo concipimus, vel tantùm naturalem, quàm magis supernaturalem?

At nuncquid, interrogat quispiam, dolor sacramentalis debet esse supernaturalis? Et alius: Nuncquid formalis? Et tertius: Nuncquid efficax? Respondeo unicâ Conclusionè:

### CONCLUSIO I.

Dolor Sacramentalis debet esse supernaturalis, formalis, & efficax, etiam de venialibus.

**V**oco dolorem sacramentalem, qui requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ, non ut quadam tantùm dispositio ad effectum Sacramenti, sed etiam ut materia aut quasi materia Sacramenti. Hunc autem debere esse supernaturalem, probatur communiter ex Concilio Trident. sess. 6. can. 3. sequenti tenoris: *Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere, posse, si non oportet, ut per iustificacionis gratia conferatur, anathema sit.* Posset autem pœnitere homo sicut oportet, ut per iustificacionis gratia conferatur, sine præveniente Spiritus sancti inspiratione. Si dolor sacramentalis posset esse omnino naturalis tam in modo, quàm in substantia, quippe non admittimus Sacramentum validum & iustum, de quo inquit, & misissimè de or-

4. Ad aliqua opera in substantia naturalia requiritur specialis gratia Dei.

5. Ex quo colligatur quod actus fidei, spei, & charitatis sunt supernaturales in substantia.

6. Car Trident. Penitentia adjuvat exterioribus supernaturales in substantia.

7. Venio ad secundam & tertiam partem hujus

Dico; Tam in modo, quam in substantia; quoniam ad aliqua opera requiritur specialis gratia Dei, quae tamen non sunt supernaturalia in substantia, sed solum in modo, ut loquuntur Theologi, id est, quae quidem absolute possent effici solis viribus naturae, interim hic & nunc nunquam efficiuntur absque speciali gratia Dei.

Talia opera sunt illuminatio caeci, resuscitatio mortui &c. Quin immo ad omnes actus virtutum moralium, quatenus conducunt ad vitam aeternam, requiritur actualis gratia Dei praeveniens, excitans, adjuvans, cooperans, tametsi, in principiis Scoti, non sint supernaturales in substantia, sed tantum in modo.

Si dixeris, ex eo colligitur actus fidei, spei, & charitatis esse supernaturales in substantia, quia ad eos requiritur gratia. Respondeo; non ex eo praecise, sed quia ex Concilio Tridentino constat, habitus illarum virtutum infundi in justificatione, sess. 6. c. 7. ibi: *In ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inscribitur, fidem, spem, & charitatem.*

Cum ergo ex Tridentino non constet, dari habitum Penitentiae per se ipsum, distinctum ab habitu fidei, spei, & charitatis, nescio ex quo efficaciter probetur, dolorem sacramentalem debere esse actum supernaturalem in substantia distinctum ab actu spei, & charitatis. Dico; *Distinctum ab actu spei & charitatis; quia existimo semper esse, immo debere esse actum spei vel charitatis, si non elicatum, saltem imperatum.*

Et ideo forte, ut alibi notavi, Concilium Tridentinum supra can. 3. Penitentiam adjuvat ceteris actibus supernaturalibus in substantia, ut significet, eam nullatenus disponere ad justificationem etiam in Sacramento (nam & de hac loquitur, ut patet ex cap. 6. ibi: *Per eam Penitentiam, quam ante Baptismum agi oportet; & cap. 7. ibi: Instrumentalis item causa justificationis, Sacramentum Baptismi) nisi sit actus supernaturalis spei vel charitatis, si non elicatus, saltem imperatus.*

Hinc etiam idem Concilium sess. 14. c. 4. Attritionem ait, *donum Dei esse; & spiritus sancti impulsam, non adhuc quidem inhabitantem, sed tantum moventem, quo penitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat.*

Apposuit S. Leo Papa Epist. 91. In dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec ascusantium se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam Penitentiam (loquitur de Penitentia in Sacramento) ex Dei inspiratione credamus conceptam, dicente Apostolo: *Ne quando Deus det illis Penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant a Diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Plura de hac materia vide disp. 6. sect. 2. concl. 1. & sect. 3. concl. 2.

Venio ad secundam & tertiam partem hujus

Conclusionis, quae satis efficaciter probantur ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii 4. ibi: *Quartum Sacramentum est Penitentia, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis Contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero; tum ex Concilio Tridentino, sess. 14. c. 3. ibi: *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius penitentis actus; nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio.* Cap. autem 4. describit Contritionem dicens: *Animi dolor ac desectatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero.**

Potest Concilia proprie intelligenda sunt, nisi aliquid obstat; ergo de dolore formali, id est, positivo actu voluntatis, quo penitens explicitè detestatur peccatum, & nollet se unquam illud commisisse. Hic quippe solus actus proprie & in rigore sermonis est dolor, & aliis quibus impossibile videtur, continere huiusmodi actum in praesentia peccatorum, & praesentia actus supernaturalis spei vel amoris Dei propter se super omnia; aut certe si possibile est continere, non dubium quin sit maxima opportunitas eum eliciendi.

Cum ergo ad Confessionem necessaria sit praesentia peccatorum, non mirum si Deus requisiverit ad valorem huius Sacramenti formalem dolorem, & noluerit sufficere virtualem, id est, actum spei, aut dilectionis Dei propter se super omnia. Itaque ratio à priori, voluntas instituentis, quam colligimus ex Concilio praerogatis.

Quocirca non valet haec consequentia: Amor Dei propter se super omnia absque formali dolore justificat extra Sacramentum; ergo sufficit in Sacramento. Ratio disparitatis plana est; videlicet voluntas Christi, qui instituit hoc Sacramentum, & pro quasi materia requisivit formalem detestationem, à qua hoc Sacramentum nomen Penitentiae accepit, alioquin etiam appellandum Sacramentum spei aut charitatis, si actus spei & charitatis possent esse quasi materia.

Atque hic est communis sensus Doctorum, à quo in re tanti momenti non est facile recedendum: quidquid Nonnulli contradicunt; inter quos numeratur Sylvestre verb. Confessio, 1. q. 21. allegans Doctorem Subtilem 4. dist. 14. q. ultimam art. 3. circa medium ubi n. 7. sic ait: *Non solum ergo attritus per aliquod tempus usque ad certum instantem, in ultimo instanti recipit gratiam delentem peccatum, tanquam per virtutem meriti de congruo, ut declaratum est in Conclusionem praecedente: sed non habens talem actum, qui sufficiat ad meritum de congruo (id est, ad justificationem extra Sacramentum) sed tantum habens voluntatem suscipiendi Sacramentum Ecclesiae, & sine obice peccati mortalis actualiter sibi facti, vel in voluntate inhaerentis recipit non ex merito, sed ex pacto divino effectum istius Sacramenti; ut sic patet.*

parum attritus, etiam Attritione, que non habet rationem meriti ad remissionem peccati (extra Sacramentum) volens tamen recipere Sacramentum Penitentia, sicut dispensatur in Ecclesia, & sine obice in voluntate peccati mortalis in actu, in ultimo instanti illius prolationis verborum, in quo scilicet est vis Sacramenti illius, recipiat effectum Sacramenti, scilicet gratiam penitentialem.

Quid vobis videtur de Scoto? Num hic tenet, ut Sylvester ait, quod ad consequendam gratiam propter hoc Sacramentum, non requiritur Attritio, sed sufficit voluntas suscipiendi hoc Sacramentum, sine obice peccati mortalis aequaliter sibi facto in ultimo instanti Absolutionis, in qua est vis huius Sacramenti? Quid ergo significant haec verba: *Vi sic parum attritus?*

Et ne levis quidem dubitatio maneat de mente Scoti, audi quid dicat ibidem n. 9. *Concedo ergo, quod ante perceptionem dignam Penitentia, oportet suscitari vel simpliciter, & tunc per Penitentia Sacramentum non deletur peccatum, sed gratia, que insuit, augetur: vel suscitari secundum quid, scilicet ut habeat aliquam displicentiam de peccatis, & propositum cavendi de cetero, & velis suscipere Sacramentum Penitentia, in quo Attritio fit Contritio. Quomodo clarius potuisset loqui, & evidentius requirere Attritionem distinctam a voluntate suscipiendi hoc Sacramentum?*

Eleganter Zeno: *Satis est Labi pedibus, quam lingua seu casano.* Si ergo aliquis dixerit vobis, Scotus hoc docet, Scotus illud asserit, nolite credere, nisi propriis oculis Scotum inspexeritis, & singula verba, tanquam verba Doctoris Subtilis, mature expendieritis. *Purius ex ipso fonte bibuntur aqua.* Seposita ergo auctoritate Scoti, quae omnino nulla est pro hac doctrina,

Obicitur Concilium Tridentinum, quod supra verbis citatis continud subiungit: *Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius; & tamen sufficit ad justificationem Contritio virtualis, id est, amor Dei propter se super omnia.*

Respondeo; aliunde ex Scriptura constat, amorem Dei propter se super omnia se solo iustificare, absque formali dolore de peccatis, ut diffusè ostendimus disp. 6. sect. 2. concl. 3. & ideo dixi Concilia proprie intelligenda, nisi aliquid obstat.

Ex quo etiam solvitur alia obiectio, videlicet; Concilia aequaliter videntur requirere dolorem & propositum; sed sufficit propositum virtuale, ut diximus disp. 6. sect. 2. concl. 2. & infra iterum dicitur; ergo similiter dolor virtualis.

Respondeo; Concilium Trident. in eodem cap. ait, Attritionem disponere ad impetrandam Dei gratiam in Sacramento, si

voluntatem peccandi excludat. Ad hoc autem non requiritur formale propositum. Unde Concilia solum videntur meminisse propositi de cetero non peccandi, ut significant; dolorem debere esse efficacem; id est, debere excludere omnem voluntatem peccandi; in tantum, ut cum dolore illo non possit ullo modo simul flare voluntas committendi aliquid peccatum, de quo talis dolor habetur; ideoque dicitur virtualiter continere propositum non peccandi, quia virtute sua tantumdem praestat, avertendo animum a peccatis, dum adest, atque praestaret explicitum propositum non peccandi, si adesset. Et sic manet probata secunda, & tertia pars Conclusionis ex Conciliis Florentino & Tridentino.

Quidni etiam quarta & ultima pars? Et enim ubi Concilia non distinguunt, nec nos, absque urgenti ratione, debemus distinguere. Jam autem Concilia non distinguunt inter dolorem requisitum ad Confessionem mortalem, & venialium, nisi ergo aliquid obstat, idem dolor necessarius erit ad utramque Confessionem. Et verò non video quid obstat, quò minus ad Confessionem venialium requiratur dolor supernaturalis, formalis, & efficax.

Dices; obstat, quòd peccata venialia extra Sacramentum remittantur absque dolore formali, & fortè etiam supernaturali. Respondeo; etiam peccata mortalia extra Sacramenta remitti possunt absque formali dolore; deinde peccata venialia remitti possunt sine ablutione sacramentali, & nihilominus ad accipiendam eorum remissionem per Sacramentum Baptismi, est necessaria ablutio, quoniam materia essentialis illius Sacramenti, sine qua validè non administratur.

Et idem argumentum fieri posset de forma, licet ad remissionem venialium non sint necessaria haec verba: *Ego te baptizo &c.* omnimodè tamen requiruntur, ut per Sacramentum Baptismi remittantur, cum sine illis non existat Sacramentum Baptismi; ergo consimiliter, gametli ad remissionem venialium absolute & simpliciter non sit necessarius dolor formalis, neque verba Absolutionis: *Ego te absolvo &c.* equidem omnino requiruntur, ut remittantur per Sacramentum Penitentia, cum sine materia & forma Sacramentum Penitentia non existat.

Enimvero Sacramentum hoc, est quasi determinatio quaedam propria ac formalis Penitentia, & primario est institutum propter tollenda peccata mortalia; ideoque ex parte materiae institutum est in formalibus actibus Penitentia, seu doloris ac detestationis: & quia una & generalis debuit esse institutio, idcirco sine illis perfici nunquam potest.

Si inferas; ergo medium remissionis peccatorum in nova Lege est coarctatum. Respondeo; neg.

Quis sic dolor efficax.

13. Probat ultima pars Concl. ex Conc. Florentino & Tridentino.

14. Obiectio solvitur.

Hoc Sacramentum est quasi determinatio formalis Penitentia.

15. Obiectio solvitur.



Medium remissionis peccatorum non est contritum in Lege nova.

neg. Conf. sed potius ampliatur, quia & extra Sacramentum possunt peccata remitti eisdem mediis, quibus antea; & etiam in Sacramento, adhibendo partes ejus essentielles, aut quasi essentielles; per quod utique Sacramentum ante Legem novam non poterant remitti, quia nondum erat institutum.

Et sane cum Confessio venialium non minus sit accusatio, quam Confessio mortalium; accusatio autem fieri non possit sine recordatione peccatorum, quæ potest esse exculatio detestationis formalis? Nulla omnino. Immo videtur quodammodo impossibile, ferè se accusare de peccatis, absque formali eorum detestatione; nisi enim peccata displicerent, non se de illis peccator accusaret. Unde contingit, ut dum Sacerdos quispiam interrogaret pœnitentem, an etiam doleret de peccatis confessis, pro responsione accepit, si non dolerem de peccatis meis, non fuisset ea tibi confessus.

16. Alia obiectio. Solvitur.

Si rursum inferas; ergo nunquam remittitur peccatum veniale per Sacramentum; quia dolor formalis sufficit extra Sacramentum. Resp. iterum neg. Conf. nam idem peccatum veniale sæpius remitti potest, de quo sect. 2. concl. 2. Præterea peccatum veniale non remittitur existenti in peccato mortali, hoc non remisso; de quo egimus disp. præced. sect. 6. concl. 1. fieri autem potest, & sæpius contingit, quod pœnitens accedat ad Sacramentum Pœnitentiæ solum attritus, cum multis mortalibus & venialibus peccatis; ergo saltem in illo casu per Sacramentum remittuntur peccata venialia.

17. Probabile putat Tamburinus in Confessione venialium sufficere dolorem virtutalem.

Nihilominus probabile est, inquit Thomas Tamburinus Method. expeditæ Confess. l. 1. c. 3. §. 1. n. 1. etiam sufficere dolorem virtutalem in Confessione venialium: in Confessione enim mortalium, de qua solum agere videtur Concilium (Trid. sess. 14. c. 3. & c. 4.) quando requirit dolorem formalem; necessarius est omnino formalis. Quare si quis accedat ad confitenda venialia, sine actuali Complacentiâ peccati venialis, cum desiderio recipiendi Sacramentum, ejusque effectum; cum in hoc desiderio sufficienter detestationem virtutalem habeat, bene erit dispositus. Nam propterea Concilium (Tridentinum) alicubi (sess. 14. c. 4. in fine) dicit ad Sacramentum hoc requiri, tanquam partem, proprium motum pœnitentiæ; tunc enim videtur loqui de Confessione in universum; id quod verificatur in Confessione venialium; nam certè voluntas suscipiendi Sacramentum, motus est proprius Pœnitentiæ. Hucusque Tamburinus.

18. Rejicitur eius fundamentum.

Sed reverà, si non alio fundamento nititur hæc sententiâ, prorsus improbabilis est; nam omnino gratis dicitur, Tridentinum sess. 14. cap. 3. & 4. quando requirit formalem dolo-

rem, solum agere de Confessione mortalium, quando autem cap. 4. requirit proprium motum pœnitentiæ, loqui de Confessione in universum.

Quippe quid evidentiùs, quam Concilium per bonum motum suscipientium, intelligere Attritionem, quam Catholici Scriptores tradunt sufficere ad impetrandam Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ? Illam, inquit, pœnitentiam imperfectam, que Attritio dicitur... declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsam, non adhuc quidem habitantis, sed tantum morientis; quo pœnitens ad salutem, viam sibi ad iustitiam parat.

Et post pauca subiungit: Quomobrem (id est, quoniam Attritio, quam Catholici Scriptores docent sufficere in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum mortalium, est donum Dei, & Spiritus sancti impulsus) falso quidam calumniantur Catholici Scriptores, quasi tradiderint, Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre. Hoc est, juxta Tamburinum, absque voluntate suscipiendi Sacramentum.

Gratis conficta, ne dicam planè impertinens interpretatio, quasi verò hoc inter Catholicos & Hæreticos disputatum fuisset, et voluntas suscipiendi Sacramentum, faceret hominem hypocritam, & magis peccatorem.

Attende Tamburine Can. 5. sess. 14. qui correspondet cap. 4. & nisi cæcus esse malueris, videbis quid Concilium intelligat per bonum motum suscipientium.

Hæc sunt verba Canonis: Si quis dixerit, eam Contritionem, que paratur per dispositionem, collectionem, & detestationem peccatorum, que quis recogitat animo suo in amaritudine anime sue, proderando peccatorum suorum gravitatem, multitudine, & eterne damnationis incursum; cum proposito melioris vite, non esse verum & utilem dolorem, nec preparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; deinde illam esse detestatum coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema sit.

De hac Contritione controversa erat, an bona & utilis, ac preparans ad remissionem peccatorum, neutiquam de voluntate suscipiendi Sacramentum, quam nullus unquam Hæreticus negavit esse bonam, aut ullus unquam asseruit, facere hominem hypocritam, & magis peccatorem.

Neque in hoc solo erravit Tamburinus; verum etiam errasse videtur in eo, quod pro hac opinione citet Suarez, qui disp. 20. sect. 2. n. 2. sic ait: Nihilominus dicendum est, esse, etiam in hac Confessione (loquitur de Confessione venialium) necessariam esse Attritionem formalem. Quia Concilium Tridentinum absolute & simpliciter loquitur de hoc

hoc Sacramento, & de partibus ejus; ergo quotiescumque fit, requiritur essentialiter partes, quarum una est Attritio, non virtualis tantum, sed formalis, ut aperte constat ex doctrina Concilii. Hæc ille. Et disp. 11. sect. 3. n. 14. Probabilis, inquit, credimus non solum ad effectum, sed etiam ad substantiam Sacramenti Pœnitentiæ necessariam esse, saltem Attritionem supernaturalem.

Quando ergo idem Auctor disp. 12. sect. 2. n. 9. ait: Ut ergo homo suscipiens Sacramentum non ponat obicem huic effectui (puta remissioni venialium) satis est (opinor) quod accedat sine actuali complacentia peccati venialis, & cum voluntate ac desiderio recipiendi Sacramentum & effectum ejus; loquitur, aut saltem loqui debet, nisi sibi ipsi contradicat (quod non est impossibile) de remissione venialium, quatenus est effectus Sacramenti in communi, abstrahendo ab hoc vel illo Sacramento in particulari.

Unde n. 11. subdit: Jam verò descendendum est ad particularia. Et de Baptismo sine dubio est probabilis &c. Deinde n. 12. de Pœnitentiâ, inquit, existimo auferre omnia peccata venialia, quæ vel homo confitetur, juxta aliquem probabilem modum ex superioribus positus disp. præced. vel si in illis peccatis hoc locum non habet, propter specialem rationem hujus Sacramenti, requirentis formalem Pœnitentiâ ad sui constitutionem, saltem remittat alia peccata, de quibus homo non est attritus, maxime si sint oblita, & non voluntariè omiſsa; quia quantum est ex se, omnia illa subjicit Clavibus, & quia illud Sacramentum habet vim tollendi peccata, etiam oblita, si non inveniat obicem. Hucusque Suarius.

Itaque commune est Sacramento Pœnitentiæ cum cæteris Sacramentis, quod præcisè ad effectum remissionis venialium non postulet Attritionem formalem, verum illud in eo singulare reperitur, quod Attritio formalis sit pars ejus quasi essentialis, adeoque sine illa non existat; per consequens non possit remittere peccata venialia, quia quod non est, non potest operari.

Si ergo confitearis sola peccata venialia, necessaria erit formalis Attritio, saltem de uno peccato veniali; non præcisè propter effectum remissionis venialium (quia si adesset aliquod peccatum mortale, cum debito dolore, jam secundum Suarium non requireretur formalis Attritio venialium) sed ut Sacramentum valeat. Hoc autem non habet locum in cæteris Sacramentis, quæ absolute valent absque ulla Attritione formali sive mortali, sive venialium peccatorum. Igitur propter auctoritatem Suarii & Aliorum, qui male ipsum intelligunt, non est probabile, quod valeat Absolutio peccatorum venialium absque Attritione formali.

Quod autem valeat absque Attritione supernaturali, probabile existimat Suarez disp. 11. sect. 3. n. 15. ubi sic scribit: Video responderi posse, eum qui confitetur solum peccatum veniale, accedere in gratia, & ideo licet solum habeat Attritionem naturalem, esse satis dispositum, ut per Sacramentum recipiat gratiæ augmentum, quia ad hunc effectum sacramentalem non est semper necessaria actualis dispositio supernaturalis, sed habitualis sufficit: & alioquin ad effectum quasi secundarium sufficeret dispositio per naturalem Attritionem. Nam si Durandus, Gabriel, & Alii velint, hanc Attritionem sufficere ad hunc effectum per se, & sine Sacramento, immo & sine gratia, quid mirum, quod cum Sacramento valeat, præsupposito statu gratiæ? Possit ergo hæc opinio sic explicata probabiliter sustineri. Hucusque Suarius.

Quæ tamen opinio ipsi displicet; tum quia Attritio supernaturalis est de substantia Sacramenti, & non solum necessaria ad effectum, ut videtur satis probari ex Tridentino sess. 14. c. 4. ubi docet, Attritionem donum Dei esse, & spiritus sancti impulsam. Tum quia actus solius liberi arbitrii, per naturales vires ejus, nunquam est sufficiens dispositio ad supernaturale donum obtinendum, etiam in Sacramentis remissio autem peccati venialis est supernaturale donum; præsertim cum de facto nunquam detur in Sacramento sine collatione gratiæ.

Item, quia peccatum veniale ut nunc aliquam deordinationem includit à sine supernaturali, & ideo proportionata dispositio ad remissionem ejus debet esse supernaturalis. Item, quia ex parte intellectus semper requiritur dispositio supernaturalis, debet enim totum hoc negotium in fide fundari; ergo etiam ex parte voluntatis aliquis motus supernaturalis est necessarius.

Tandem, inquit Suarez, specialiter displicet illa sententia in hoc Sacramento; quia illud per se tendit ad dandam gratiam primam, & accidentarium illi est, dare secundam; & ideo per se requirit supernaturalem dispositionem circa illam materiam, in quam cadit Sacramentalis Absolutio.

Sed ad hanc rationem facile responderent Adversarii, dicendo; quia per accidens est collatio secundæ gratiæ, ideo etiam per accidens sufficit naturalis dispositio, quamvis per se requiratur supernaturalis circa illam materiam, in quam per se cadit sacramentalis Absolutio, id est, circa peccata mortalia.

Quidquid sit de his probationibus, quæ fortassis non omnes efficaciter concludunt; sufficiat nobis doctrina Concilii Arauf. 2. c. 7. Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vite æternæ cogitare ut expedit, aut eligere, sive salvari, id est, Evangelicæ prædicationi consenti-

23. Suarez putat probabile, quod valeat absolute venialium absque Attritione supernaturali.

24. Quæ tamen opinio ipsi displicet, propter varias rationes, quæ hic enumerantur.

25. Responsio ad ultimam rationem.

Alia ratio delumpta ex Conc. Araulicani.

consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo & credendo veritati; heretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio; Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Non quodd idonei sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Joan. 15. v. 5. 2. Cor. 3. v. 5.

26. Sine gratia adjuvante nihil possumus habere vere sanctaeque pietatis ex S. Prospero.

Cui doctrinae inherens S. Prosper Resp. 8. ad cap. Gall. Cum ducitis, inquit, quatuordecim Sacerdotibus (quorum constitutionem contra inimicos gratiae Dei totus mundus amplexus est) veraci Confessione, quemadmodum ipsorum habet sermo, dicamus, gratiam Dei per Iesum Christum Dominum, non solum ad cognoscendam; verum etiam ad faciendam iustitiam nos per actus singulos adjuvare: ita ut sine illa nihil verae sanctaeque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus.

Porro quis ambigat, Attritionem, quae disponit in Sacramento ad augmentum gratiae, & remissionem peccatorum venialium, esse opus verae sanctaeque pietatis? Ergo ad minus debet esse supernaturalis in modo.

Dispositio ad formam debet esse ejusdem ordinis cum forma.

An etiam in substantia? Affirmo, quoniam gratia, ad quam disponit, est supernaturalis in substantia; dispositio autem ad formam debet esse proportionata, & ejusdem ordinis cum forma, a quocumque agente introducatur, nisi aliquid obstet.

27. Obiecto solvitur.

Nec obstat hic, quod Attritio sit tantum dispositio moralis, & a physicis non valeat semper argumentum ad moralia; nam inde tantum sequitur, quod Deus, qui solus est causa physica gratiae, posset, si vellet, eam introducere absque dispositione proportionata; veluti de facto, absque ulla dispositione, infundit gratiam per Sacramentum Baptismi animae pueri, nondum capacis propriae dispositionis; ergo indubie, si voluisset, potuisset per Sacramentum Penitentiae infundere gratiam animae, tantum attritae naturaliter. Interim quamdiu non constat de tali voluntate, praesumitur voluntas conformis rebus physicis & naturalibus.

Instantia.

Sed contra instas; etiam dispositio physica non semper est ejusdem ordinis cum forma. Patet in dispositione physica ad animam rationalem, quae utique dispositio est materialis, cum tamen anima rationalis sit spiritualis.

Solvitur.

Respondeo; disparitas est, quod anima, quae disponitur ad gratiam, sit capax dispositionis supernaturalis; corpus autem, quod disponitur ad infusionem animae rationalis, incapax, saltem naturaliter, dispositionis spiritualis, cum accidentia spiritualia petant conaturaliter subiectum spirituale. Et ideo dixi: Nisi aliquid obstet.

28.

Quare potius hic requiratur materia sine

Ex quo etiam patet responsio ad sequens argumentum: Christus pro materia aliorum Sacramentorum instituit rem naturalem, ut aquam naturalem pro materia Baptismi, pa-

nem naturalem pro materia Eucharistiae; oleum naturale pro materia Confirmationis; & Extremae Unctionis, ergo etiam dolorem naturalem pro materia Sacramenti Penitentiae.

Negatur Consequentia. Disparitas, quod in aliis Sacramentis materia est substantia aliqua, & actio externa incapax supernaturalitatis; in Sacramento vero Penitentiae dolor est actio interna, prolixior capax supernaturalitatis. Nec hoc tantum; sed dolor ita est materia, ut simul sit dispositio ad effectum gratiae sanctificantis. Cum ergo in aliis Sacramentis, praeter materiam naturalem, requiratur ad effectum gratiae dispositio supernaturalis, quid mirum, si dolor in Sacramento Penitentiae debeat esse supernaturalis; praesertim cum ad sit alia materia naturalis, scilicet Confessio peccatorum? Haec satis de supernaturalitate.

De efficacia autem peripicue manifestum est, quae mortalium, eandem esse rationem venialium, nisi velis admittere, quempiam posse absolvi a venialibus praeteritis, etsi simul proponat ea committere, immo de facto committat, quod absurdissimum est. Quomodo autem possit elici efficax propositum vitandi de caetero venialia, cum sine illis vivere sit moraliter impossibile, edissero Conclus. 9.

Coronidis loco nota quae sequuntur. A quibusdam praedicatur in populis hos tres (Gratianum videlicet, Petrum Lombardum, & Petrum Comestorem) fuisse germanos ex adulterio natos. Quorum mater, cum in extremis peccatum suum confiteretur, & Confessor redargueret crimen perpetrati adulterii, quia valde grave esset; & ideo multum deberet dolere, & Penitentiam agere, respondit illa: Pater scio, quod adulterium peccatum magnum est; sed considerans quantum bonum sententiam est, cum isti filii mei sint luminaria magna in Ecclesia, ego non valeo poenitere. Et Confessor ad eam: Quod tui filii sint notabiles viri, & opera tua fecerunt Ecclesiae Dei, non ex te, sed ex dono Dei est, ex te autem adulterium crimen magnum, & de hoc doleas, & quod non habes tantum dolorem, quantum exigit tam horrendum scelus; de hoc tamen doleas, quod non potes dolere. Ita refert Caramuel Theol. Fundam. (primae editionis) pag. 31. n. 11. ex primo folio Decreti.

Quaestio jam est, an ad imperandam Dei gratiam in Sacramento, sufficiat dicere: Doleo me dolere non posse. Caramuel supra nu. 19. pag. 38. Respondeo, inquit, extra sacramentalem Penitentiam Contritionem requiritur, at in sacramentali Attritionem sat esse. Quo ipse differant modo, conatur explicare Theologi, nec umquam ita clare possunt, ut animus scrupulosus quiescat. At noster Hiltoriographus liquidò, nam ejusdem sententiae, ille habet Contritionem, qui dolet se patralle peccat

peccatum, ille Attritionem seu Contritionem imperfectam, qui dolet se dolere non posse. Sit igitur hæc doctrina solamini fortis & duri ingenii viris, qui summam siccitatem in rebus divinis reperunt; nam si lugere non possunt ob peccata commissa, & tamen illa detestantur omnino, & habent sincerum singula evitandi propositum, doleant & lugeant se dolere & lugere non posse, & ut ad sacramentalem Pœnitentiam accedant, optimè dispositi sunt. Hæc utique Caramel proponendo, non definiendo.

Sed reverà, si hoc est liquidò explicare, quomodo differant Contritio & Attritio, nescio quid sit implicare & confundere Contritionem cum Attritione; quia secundùm Trid. sess. 14. c. 4. Contritio in genere, ut se extendit ad perfectam & imperfectam, Animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi ac cetero. Ergo omnis, qui verè atteritur, dolet se peccasse peccatum, & non tantùm dolet se dolere non posse. Nisi fortè Historiographus ille, per dolorem intellexerit dolorem sensibilem, distinctum à detestatione peccati; sed nec iste requiritur ad Contritionem perfectam; ergo adhuc distinctio non subsistit. Unde miror, si animus Caramelis, non admodum scrupulosus, in isto modo differentiarum poterit quiescere.

Quod ad rem principalem attinet, existimo planè sufficere ad sacramentalem pœnitentiam, si doleas te dolere non posse, interim tamen detestando omnino peccata; cum sincero proposito singula evitandi. Sed quid si non adhibetis detestatio? Dico, plane non sufficere solum dolorem de carentia doloris. Patet ex Tridentino mox allegato, ubi definitur Contritio in genere, Animi dolor ac detestatio, non de absentia doloris; sed, de peccato commisso.

Itaque speculativè rem considerando, non videtur sufficere ad Pœnitentiam sacramentalem dolor reflexus de carentia seu absentia doloris. Ista tamen loquendi formula, *Doleo quòd non possim dolere*, in timoratis conscientis est veri doloris signum; indicans affectum seu desiderium amplioris intensiorisq; doloris, sive desiderium habendi majorem sensum doloris. Immo vix moraliter fieri potest, ut aliquis habeat verum dolorem de ea carentia, & simul non habeat aliquem dolorem de ipsis peccatis.

Et ratio est; quia vix fieri potest, ut aliquis habere velit dolorem de re aliqua, nisi illam apprehendat ut malam, nam de re bona nemo dolet. Ergo vix morale est, ut si dolor ille reflexus sit efficax (ut suppono debere esse) non sequatur tunc in tali homine aliqua displicentia de ipsis peccatis.

Si autem inferas; ergo qui hodie diceret: *Valo cras dolere de peccatis, & confiteri*, ex nunc est sufficienter dispositus ad Confessionem eras, tamen non habeat alium actum doloris. Respondetur neg. Conseq. quia volun-

tas illa stare potest cum proposito nunc peccandi; multi enim homines dum peccant, habent propositum ferium (saltem habere possunt) deinde confitendi. Jam autem fieri non potest, ut peccet ille, qui feridè & efficaciter quantum est ex se displicet sibi (saltem mediè) in peccatis, & qui cupit efficaciter quantum est ex se pro tunc illa detestari.

Dico; *Efficaciter quantum est ex se*, nam quòd pro nunc non doleat, sicut bene vellet dolere, non oritur ex defectu illius voluntatis; sed quia ob aliquam specialem dispositionem (ut sic dicam) corporis aut phantasiæ, putat peccator sibi impossibile hinc & nunc elicere eum dolorem expressum, de cuius carentia dolet.

De cætero placeat consilium meum, nimirum ut doleas supernaturaliter, formaliter, & efficaciter tam de peccatis mortalibus, quàm venialibus; & doleas quòd amplius dolere non possis. Nec tantùm de hoc vel illo peccato mortali, sed universaliter de omnibus. Nunquid etiam de omnibus venialibus?

CONCLUSIO II.

Requititur dolor universalis de peccatis mortalibus, non remissis, licet non omnia in Confessione exponantur; secus de venialibus.

Ratio primæ partis; quia de lege ordinata non remittitur unum peccatum mortale sine altero, ut docuimus disp. 6. sect. 5. concl. 5. porro nullum peccatù mortale, juxta eandem divinam Providentiam, remittitur sine Pœnitentia; ergo dolor sufficiens ad remissionem unius, saltem virtualiter, debet se extendere ad omnia; id est, debet elici ex tali motivo, propter quod, si alia peccata memoriæ occurrerent, necessariò mihi displicerent expressè & formaliter, sicut nunc displicet illud unicùm, cujus reminiscor. Vide disp. 6. sect. 2. concl. 6.

Ex quo confestim deducitur ratio secundæ partis, seu differentiarum inter peccata mortalia & venialia; ut puta quia unum veniale remittitur sine altero; & nullum veniale est materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ, aut impediens ejus effectum; sicut quodlibet mortale est materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ, & impedit ejus effectum; ergo non mirum, si confitens de omnibus mortalibus debeat dolere, saltem virtualiter; secus de omnibus venialibus.

Unam dumtaxat video difficultatem, videlicet quòd motivum doloris, necessariò ad valorem, & effectum Sacramenti Pœnitentiæ,

ariffis; p...  
ationis; d...  
Pœni...  
s; quòd...  
ntia ali...  
ralita...  
dolor est...  
ralitatis...  
ria, ut...  
e sancti...  
preter...  
effectum...  
mirum...  
beat esse...  
alia ma...  
atorum?  
nifestum...  
rationem...  
ntemiam...  
; est fi...  
de factio...  
st. Quo...  
oposium...  
è illis vi...  
ro Con...  
r. A qui...  
s (Gra...  
dum, &...  
anos ex...  
m in ex...  
& Con...  
dulteri...  
m debe...  
spondit...  
um mag...  
secutum...  
in Eccl...  
ad eam...  
ntia fere...  
no Dei est...  
& de hoc...  
m, quan...  
amen do...  
Caramel...  
pag. 311  
dam Dei...  
re: Dolo...  
nu. 19.  
sacramen...  
equirere...  
se. Quo...  
re Theo...  
ut ani...  
Et Histo...  
tentia, &  
patrisse...  
peccae



fit universale tam respectu mortalium, quam venialium; vel enim motivum est Deus ut summum bonum in se, vel Deus ut summum bonum nostrum; atque omnia peccata, etiam venialia repugnant illis motivis; ergo qui unum detestatur propter illa motiva, etiam virtualiter detestatur omnia alia; ergo dolor de venialibus æquè est universalis, ac de mortalibus; præsertim secundum principia Scoti, qui non admittit actus supernaturales virtutum moralium, sed tantum virtutum Theologicarum Fidei, Spei, & Charitatis.

35.  
Responso.

Unum peccatum veniale gravius offendit Deum, quam aliud.

Quodlibet peccatum mortale absolute offendit Deum.

lar. 2.

36.  
Potest dari dolor sufficiens de uno peccato veniali, qui non sit virtualiter dolor de alio ejusdem speciei.

Respondet quædam peccata venialia repugnare illis motivis, sed inæqualiter, tam intensivè, quam extensivè; quippe quo plura sunt peccata venialia vel graviora, eò magis offendunt Deum, & retardant nostram Beatitudinem. Possum ergo velle minorem offensionem Dei, vel minorem exclusionem à Beatitudine, quamvis absolute velim aliquam, per consequens dolere de uno peccato veniali, cum proposito de cætero illud non committendi, ne gravius offendam Deum, aut diutius excludar à Beatitudine, quamvis non doleam de omnibus, & actualiter velim aliqua committere; immo de facto committam, v. g. habendo vanam gloriam circa actum doloris.

Jam autem peccatum mortale vel unicum, quodcumque tandem, absolute offendit Deum, id est, totaliter frangit ejus amicitiam, & privat totaliter Beatitudine, juxta illud Jacobi Apost. c. 2. v. 10. *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Nequeo ergo ex amore Dei, vel amore Beatitudinis unum detestari, & non aliud, cum vitatio unius peccati mortalis, supposito altero, neque reddat amicitiam Dei, neque conferat jus ad Beatitudinem: at verò evitatio unius peccati venialis facit, ut Deus sit minus offensus, & ut citius quis consequatur Beatitudinem.

Hinc sequitur, dari posse dolorem sufficientem de uno peccato veniali, qui non sit virtualiter dolor de aliis omnibus, ejusdem licet speciei, adeoque unum posse remitti per Absolutionem sacramentalem, quamvis penitens velit aliud simile committere; v. g. dolet quis, quòd cum plena advertentia absque ulla causa vel utilitate fuerit mentitus, & de illo mendacio se accusat coram Sacerdote, interim complacens sibi in mendacio officioso, ut vocant, si fuerit dolor supernaturalis, formalis, & efficax accipiet remissionem istius mendacii, de quo sic dolet, & non alterius, de quo sibi complacet, quamvis alioquin essent ejusdem speciei.

Vel si illa mendacia dixeris diversæ speciei, accipe duo mendacia officiosa, poterit quis de uno dolere, & non de alio, & velle remissionem unius, & non alterius; quia licet singula offendant Deum, & impediant Beatitu-

dinem; duo tamen magis offendunt Deum, & amplius retardant Beatitudinem, quam unum, & ideo de uno dolet, ut evitet majorem illam offensionem, & majorem retardationem; quidni ergo per Absolutionem accipiat remissionem unius, & non alterius? Maxime si unum tantum confiteatur. Nam si utrumque exprimat, & de uno tantum doleat; gravis controversia est, an peccet mortaliter, adeoque impediat effectum Sacramenti, de quo inferius tractabimus.

Nunc quæro, an qui haberet dolorem universalem, v. g. de omnibus mendaciis, & accusaret se de mendaciis, non explicando eorum numerum, acciperet remissionem omnium?

Respondet Lugo disp. 14. n. 142. de facto remitterentur omnia, vel ferè omnia, quia inquit, ex circumstantiis personarum, & temporis, Confessarius percipit multitudinem illam confusè, juxta consuetudinem similitum personarum. Quòd si nullo modo Confessarius id perciperet, remitterentur non omnia, sed aliqua mendacia, v. g. ex illa multitudine, quot per illum consistendi modum possunt intelligi, saltem duo vel tria; nec ad hoc oportet, quòd penitens intendat determinatè hæc potius, quam illa significare, & dare pro materia, sufficit quòd velit aliquot ex illis dare pro materia, quot & qualiter per illa verba possunt significari.

Sicut si debes 100. nummos, & solvas 10. non oportet, quòd determines in debito 100. decem, pro quibus determinatè velis solvere; sufficit velle pro decem; sic qui decem Clericos occiderat, & petit Absolutionem censuræ ob duos Clericos occisos, non determinando quos; absolutus manet à duabus excommunicationibus, & sufficit, si postea petat Absolutionem à censura ob octo Clericos occisos, ut intelligatur jam à 10. censuris absolutus.

Quæ autem ex illa multitudine remittuntur, dici potest vel remitti duo vel tria priora, quia priora debita censentur primo loco extingui: vel certè graviora; quia penitens censetur velle liberare se quantum potest, & per consequens à debito, quo magis gravatur. Hac ille.

Sed, meo judicio, melius dicitur, omnia omnino remitti, de quibus penitens se accusat, quamvis in generali. Nam accusatio in particulari ubi requiritur? Præsertim cum sepe moraliter impossibile sit, numerum peccatorum venialium, utpote nimis frequentium, explicare; ergo non est verisimile, Christum illum explicationem requisivisse, ut omnia & singula per Absolutionem remitterentur. Specificatio autem peccatorum venialium satis facilis est, & ideo fortè non sufficeret, se accusare de multis peccatis venialibus in genere, & nullum specificando.

Quòd

Quod autem specificatio sufficiat, probatur, quia si, ut Aliqui volunt, per Sacramentum Pœnitentiæ remittuntur peccata venialia, etiam de quibus homo non est attritus, maxime si sint oblita, & non voluntariè omitta, ut supra audivimus ex Suarez, quanto magis peccata omnia, de quibus est attritus, quamvis non exprimantur in particulari, seu secundum numerum, sed tantum secundum speciem? Quantum enim est ex se, omnia illa subjicit Clavibus; & certum est, quod hoc Sacramentum habeat vim tollendi peccata non expressa in particulari, etiam mortalia, de quo latius suo loco.

Interim res incerta est, & ideo non incon-sultum, ut numerus peccatorum venialium exprimatur quantum fieri potest, quamvis praxis, etiam timoratorum, sitio contrarium, qui, puto, si interrogarentur, responderent se nihilominus ab omnibus & singulis absolvi.

Alia difficultas hic movetur, an v. g. qui elicitur dolorem universalem de venialibus, aut etiam de mortalibus & venialibus simul, & ante Absolutionem peccaret venialiter, valide & cum effectu abolveretur; jam enim dolor ille videtur retractatus, cum amplius non sit universalis; veluti quando quis peccaret mortaliter ante Absolutionem, indubie non valeret cum effectu. Absolutio subsequens.

Respondet Cardinalis suprâ n. 144. Optimum consilium est ad majorem securitatem, quod penitens doleat seorsim de mortalibus, propter gravitatem offensæ mortalis, qui dolor ex tali motivo, nullo modo revocatur per peccatum veniale subsequens: item quod doleat seorsim de peccatis venialibus, quæ consistunt, vel de aliquibus eorum, propter specialem eorum gravitatem, & specialem offensam divinam, quam continent, cui dolori non opponitur aliud peccatum veniale novum, quod non participat illam specialem turpitudinem, quam per priorem dolorem penitens detestatus est. Hucusque Bimentissimus.

Addit; practicè non esse dubitandum de valore Sacramenti, etiam si ejusmodi cautela non adhibeatur; quia, inquit, injiceret innumeros scrupulos penitentibus; atque etiam Confessariis ipsis, propter obligationem admonendi penitentes de obligatione & necessitate habendi dolorem seorsim ex speciali motivo, vel de illo renovando immediate ante Absolutionem. Unde ex communi praxi Confessariorum & penitentium, quæ est optima Legum interpretis, desumi potest argumentum à posteriori.

Sed contrâ; non constat de tali praxi, qui enim Confessariorum, sciens penitentem commisisse novum peccatum veniale, non admonet penitentem de renovando novo dolo-

re? Immo ordinariè, quando dubitant de dolore debito, immediate ante Absolutionem solent penitentes excitare ad dolorem. Et verò quis revelavit Lugoni, penitentes, scientes & volentes, suscipere Sacramentum, cum novo peccato veniali? Ergo praxis, quæ in hac materia valde obscura est, partim probat.

Sed quæ ratio à priori? Contritio, licet sit universalis de omnibus peccatis, terminatur tamen inæqualiter, ita ut magis detestemur mortalia, quàm venialia, magis graviora, quàm leviora, vel minùs gravia; ergo potest retineri detestatio peccatorum mortalium, deficiente detestatione venialium; & cum proportione, potest manere detestatio peccatorum venialium graviorum; deficiente detestatione venialium leviorum; quia deficiente, quod est minus, non oportet, ut deficiat, quod est majus. Et licet illa detestatio (eadem est ratio propositi) fuerit unus indivisibilis actus, est tamen virtualiter multiplex, propter objecta plura, ad quæ terminatur; & ideo potest moraliter peeseverare quoad aliqua, licet videatur revocari quoad alia.

Si inferas: ergo poterit manere dolor sufficiens, licet penitens incidat in novum mortale, dummodo minus sit. Resp. neg. Conf. quia licet possit manere aliquis dolor, equidem non universalis, ut patet, qui tamen requiritur ex antedictis.

Infero rursus, ergo saltem requiritur novus dolor ad Confessionem venialium, si novum peccatum veniale sit majus vel æquale. Respondet Atriaga disp. 38. n. 25. concedendo totum. Si, inquit, homo eo casu admittit maximum grave veniale inter ea omnia, quæ fuerat confessus, jam retractat ex integro illum dolorem universalem; nam si maximum peccatum sub illo motivo contentum admittit, non potest profectò prudenter judicari odio habens ob illud motivum ea, quæ ei motivo sunt minus contraria, id quod ratio naturalis dicitur.

Unde secundò dico, si venialia illa sint omnino inter se æqualia, vel saltem talia reputentur à penitente, eo ipso quod post illud propositum ex motivo universali, admittat aliquid ex illis venialibus, eum jam videri omnino revocare totum illud propositum, ita ut planè jam sit ineptus dolor ille ad Confessionem; quia non potest tunc, nec explicitè, nec implicitè, censerì ille odio habens, vi ejus motivi, reliqua peccata, cum admittat aliquid, in quo reperitur æqualiter tota quanta ea ratio, quæ poterat in eo motivo apprehendi ad odio habenda reliqua. Hucusque Atriaga.

Sed non placet, nisi cum hac limitatione; si illud novum peccatum veniale, quod admittitur, magis aut æquè displiceat Deo; magis aut æquè impediatur Beatitudinem, quàm reliqua simul sumpta; cæteròquin ratio naturalis dicitur, quod possit homo detestari reliqua

41. Quæ sit ratio à priori.

42. Prima obiectio solvitur.

Obiectio à Responsio Atriaga.

43. Quæ ab Atriaga dicitur limitari.

Deum, & am unum, rem illam, quidam millionem, non tantum exprimat, introvertit, impedit, rurs tracta-  
lorem univ-  
datis, &  
explicando  
nonem om-  
2. de factio  
nia, qui  
tempore,  
illam con-  
n persona-  
ius id per-  
sed aliq-  
quot per  
intelligi  
rret, quod  
ac potius  
ateria, sus-  
pro ma-  
ba possunt  
solvas 10.  
bito 100.  
lis solvere:  
em Cleri-  
centuræ  
terminando  
communi-  
at Absola-  
occos, ut  
latus,  
remittan-  
ria prior,  
loco ex-  
penitens  
potest, &  
gravatur.  
ur, omnia  
ns se accu-  
culatio in  
cum sepe  
peccato  
ntium, ex-  
tum illam  
& singu-  
e. Specifici-  
atis facilis  
culare de  
, nullam  
Quod

simul sumpta, etsi velit committere unum aliquod, quod sit majus vel æquale singulis seorsim acceptis, quandoquidem in isto uno non reperitur magis vel æqualiter tota quantitas ea ratio, quæ in illo motivo poterat apprehendi ad odio habenda reliqua.

Etenim ratio illa est, offensa divina, quæ reperitur non in hoc vel illo peccato seorsim, sed in omnibus peccatis simul; vel ratio est impedimentum Beatitudinis, quod præstat non hoc vel illud peccatum seorsim, sed omnia peccata simul; jam autem certum est, gravius offendere omnia illa peccata simul, & majus præstare impedimentum Beatitudinis, quam singula seorsim. Ergo nisi illud peccatum novum fuerit majus, vel æquale omnibus simul sumptis, planum est, quod non contineat totam quantam eam rationem, quæ poterat in eo motivo apprehendi ad odio habenda reliqua.

De cætero existimat Suarez disput. 20. sect. 4. n. 26. non semper esse nullam Confessionem, quæ fieret cum vera Attritione aliquorum peccatorum, non tamen omnium, etiam illorum, quæ in Confessione dicuntur; v. g. si penitens tantum habeat singulares Attritiones peccatorum, prout ea sigillatim confitetur, & de uno peccato doleat propter turpitudinem ejus, de alio verò propter infamiam, vel aliud temporale detrimentum; vel de uno efficaciter, & cum absoluto proposito emenda; de alio verò minime, sed per displicentiam tantum inefficacem.

Nam, inquit ille, si penitens sciens & videns, vel ex ignorantia culpabili mortaliter, talem Attritionem omittat hujus peccati mortalis, quod est materia talis Confessionis, tunc Confessio erit nulla: si autem illa omisso contingat ex ignorantia, vel inadvertentia inculpabili, Confessio non erit simpliciter nulla, sed solum tenebitur aliquis peccatum illud iterum confiteri, cujus veram Attritionem non habuit, si defectum commissum postea recognoscatur.

Probat: quia ita judicandum est de universalitate Attritionis, & ejus defectu, sicut de integritate Confessionis, & ejus defectu. Nam Attritio, quatenus est pars hujus Sacramenti, Confessionis copulatur; quia & per illam sensibilis fit, & propter ejus veritatem requiritur. Sicut ergo Confessio illa, in qua peccatum aliquod omnino tacetur ob inculpabilem oblivionem, valida est, licet materialiter non sit integra, ita Confessio illa, in qua peccatum aliquod absque vera Attritione aperitur, mutila quidem est quoad illam partem, quia secundum illam non est vera & sacramentalis Confessio; nihilominus mutilatio illa materialis tantum est, quia inculpabiliter fit; ergo non reddit Confessionem nullam, quia eam non obstantem, quoad cætera manet

Confessio vera, quia ex vera Attritione facta est, & formaliter integra, quia nihil cum culpa tacetur, aut sine debito modo dicitur. Hæc tenet Suarez.

Sed displicet; quia si ita judicandum est de universalitate Attritionis, & ejus defectu, sicut de integritate Confessionis, ejusque defectu, profecto constat apud omnes, Confessionem, in qua aliquod peccatum omnino tacetur ob inculpabilem oblivionem, sufficere ad effectum Sacramenti; ergo similiter judicandum foret de Confessione, cui inculpabiliter deest universalitas Attritionis, cum tamen Suarez ibidem n. 23. dicat: Atque ex hac ratione intelligi potest, ex vi materie hujus Sacramenti solum esse necessariam universalem Attritionem de omnibus peccatis confessis, quamvis ad effectum Sacramenti requiratur Attritio universalis de omnibus peccatis mortalibus commissis, & nunquam per veram Penitentiam retractatis. Hæc ille.

Ratio autem disparitatis est; quod peccatum, secundum ordinariam Dei providentiam, nunquam remittitur à Deo absque Penitentia formali, aut virtuali; bene tamen sine Confessione. Confessio namque est juris omnino positivi, quod non obligabat ante Legem novam, at verò dolor seu Penitentia juris quodammodo naturalis, quod obligabat à principio naturæ. Quamvis ergo possideret causa excusans à Confessione alicujus peccati, etiam in ordine ad remissionem illius; haud equidem excusans à dolore five Penitentia, maxime quando occurrit memoria peccati. Et licet ignorantia invincibilis excuset à novo peccato; attamen non supplet defectum medii necessarii, quale est Penitentia, saltem virtualis.

Quapropter cum in Sacramento non remittatur unum peccatum mortale sine alio, liquet profecto, necessariam esse Penitentiam universalem de omnibus, si non per modum partis Sacramenti, saltem per modum legitimæ dispositionis. Necessariam, inquam, ad effectum Sacramenti. Nunquid etiam ad valorem?

### CONCLUSIO III.

Nunquam datur Sacramentum Penitentia validum, & informe ex defectu doloris.

Vocatur à Theologis Sacramentum validum & informe, quod habet omnes suas partes essentielles aut quasi essentielles; & tamen propter indispositionem subjecti non confert gratiam. Et quidem Sacramentum Baptismi posse esse validum & informe, nemo dubitat.

44.  
Sententia  
Suarez, non  
semper esse  
nullam  
Confessionem,  
quæ  
fieri  
potest  
cum  
Attritione  
particulari.

45.  
Ejus probatio.

dubitat. Similiter Sacramentum Confirmatio-  
nis, Ordinis, Extremæ Unctionis, & Ma-  
trimonii, Eucharistiam quoque suscipi posse  
sine effectu gratiæ omnes fatentur.

Solum ergo refert Sacramentum Pœnitenti-  
æ, de quo controvertitur inter Doctores  
Catholicos, an aliquando possit esse validum,  
& tamen non conferre gratiam. Affirmant  
multi, negant non pauci; sed quoniam affir-  
mantes oppidò inter se divisi sunt; nam unus  
existimat Sacramentum validum absque illo  
proctus dolore; alius putat sufficere dolorem  
naturalem; tertius requirit dolorem superna-  
turalem; sed negat debere esse efficacem; quatuor  
affirmat necessarium dolorem super-  
naturalem efficacem, estò non universalem;  
hinc est, quòd elegerimus sententiam negan-  
tem, memores verborum Christi Matth. 12.  
v. 25. *Omne regnum divisum contra se, desolabitur:  
& omnis civitas vel domus divisa contra se, non  
stabit.*

Fundamentum autem domus nostræ five  
Conclusio est, voluntas Christi, à qua pen-  
det tota structura Sacramenti. Et verò Chri-  
stum sic potuisse instituire Sacramentum Pœ-  
nitentiæ, ut nunquam daretur validè absque  
infusione gratiæ, nimis manifestum est, quàm  
ut indigeat probatione; sic autem instituisse,  
declaratur ex Concilio Tridentino, quod pro  
materia aut quasi materia hujus Sacramenti  
statuit Contritionem, eamque sufficientem ad  
remissionem peccatorum; nec uspiam alterius  
meminit: *Sunt, inquit sess. 14. c. 3. quasi ma-  
teria huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nem-  
pe Contritio, Confessio, & Satisfactio. Qui quate-  
nus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad  
plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex  
Dei institutione requiruntur, hæc ratione partes  
Pœnitentiæ dicuntur.*

Et can. 4. *Si quis negaverit, ad integram & per-  
fectam peccatorum remissionem requiri tres actus in  
pœnitente, quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ,  
videlicet Contritionem &c. anathema sit.* Ergo ex  
more Concilii, actus pœnitentis non sunt  
quasi materia, aut partes Sacramenti Pœni-  
tentiæ, nisi in quantum requiruntur ad remis-  
sionem peccatorum; ergo Contritio, quæ est  
inutilis ad illum effectum, non est pars aut  
quasi materia; ad eòque non constituit Sacra-  
mentum validum.

Præterea idem Concilium sess. 6. c. 14.  
docet, *Christiani hominis Pœnitentiam post lapsum,  
multo aliam esse à baptismali; eòque contineri non  
modo cessationem à peccatis, & eorum detestatio-  
nem, aut cor contritum & humiliatum, verum  
etiam eorundem sacramentalem Confessionem &c.*  
Ubi nullam ponit differentiam inter detesta-  
tionem peccatorum, quæ est dispositio necessa-  
ria ad effectum Baptismi, & detestationem  
peccatorum, quæ est quasi materia Sacramenti  
Pœnitentiæ; atqui prima detestatio nun-

quam caret suo effectu; ergo nec secunda.

Vel certè assignetur aliquis locus Concilii,  
in quo requiritur aliquis dolor tanquam dispo-  
sitio ad effectum, distinctus ab illo, qui est  
quasi materia. Aut si non potest assignari  
(sicuti reverà non potest) quo fundamento  
asseritur, aliquid amplius requiri ad effectum  
Sacramenti Pœnitentiæ, quàm ad valorem?  
Nonne exemplo aliorum Sacramentorum?  
Disparitas nimis magna est (præterquam quòd  
in hac materia non valet argumentum à pari-  
tate, cum tota ratio à priori sit voluntas  
Christi) nimis, dico, manifesta est differentia.

Enim vero remissio peccatorum est effectus  
hujus Sacramenti, qui expressè significatur  
per formam Absolutionis, & formaliter, aut  
saltem concomitanter perficitur per infusio-  
nem gratiæ; si ergo non confertur effectus,  
id est, gratia seu remissio peccatorum, forma  
Absolutionis redditur falsa; atque adeò irrita  
& invalida. Porro formæ aliorum Sacramen-  
torum non significant expressè effectum gra-  
tiæ, sed vel applicationem materiæ, ut in Ba-  
ptismo, & Confirmatione, dicendo: *Ego te  
baptizo: Signo te signo Crucis;* vel alium effe-  
ctum inseparabilem, ut in Ordine potestatem  
ministrandi, dicendo: *Accipe potestatem offerendi  
Sacrificium &c. Accipe Spiritum sanctum, quorum  
remiseris peccata &c.* id est, accipe potestatem  
absolvendi à peccatis. Similiter in Matrimo-  
nio: *Ego te accipio in meum, vel, meam conjugem,*  
significat vinculum conjugale. Denique in  
Extrema Unctione forma significat effectum  
veniæ per modum deprecationis: *Indulgeat tibi  
Deus quidquid deliquisti &c.* deinde significat ap-  
plicationem materiæ: *Per istam sanctam unctio-  
nem &c.* Quare per carentiam effectus gratiæ  
non falsificatur forma, & ita potest adhuc esse  
rata & valida.

Ad hanc differentiam respondet Averſa  
q. 14. sect. 5. verum sensum formæ Absolu-  
tionis esse: *Absolvo te à peccatis pro quando es  
dispositus.* Hoc pacto, inquit, sensus est abso-  
lutus, & non verè conditionatus. Non est li-  
mitatus, sed amplus, immo & extenditur ad  
aliud quodcumque instans, quo pœnitens erit  
dispositus, & habet vim conferendi pro illo  
instanti effectum. Solum quoad sui veritatem  
requirit, ut adsit tunc debita materia, quia  
alioquin non sufficit, si hæc postea adhibeatur,  
& ut adsit omnis alia conditio ad validitatem  
Sacramenti requisita. Sic etiam verificatur illa  
forma in Ordinatione: *Accipe Spiritum san-  
ctum,* dummodo sit valida: alioquin si ea  
verba dicantur subiecto incapaci, vel à non  
legitimo ministro, quæ nullatenus valerent  
umquam conferre gratiam Spiritus sancti,  
essent simpliciter falsa. Hæc ille.

Sed contrà; illa forma in Ordinatione: *Ac-  
cipe Spiritum sanctum,* non significat effectum  
gratiæ sanctificantis, ut alibi diximus, sed  
potesta-

§ 1.  
Disparitas  
inter hoc  
Sacramen-  
tum, & alia  
Sacramen-  
ta.

§ 2.  
Responsio  
Averſæ.

530

potestatem remittendi peccata; quæ potestas vocatur Spiritus sanctus, quoniam in justificatione impij, per Spiritum sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur. Itaque illa forma vera est, tametsi nunquam per illam detur gratia sanctificans, ut contingit, quando subiectum non est dispositum in ipsa administratione Sacramenti; quia nulla ratio vel auctoritas probat, Sacramentum Ordinationis reviviscere.

Non ideo ergo præcisè verificatur illa forma, quia valet aliquando conferre gratiam; sed quia dum profertur, confert potestatem absolvendi, eò subiectum indispositum sit ad effectum gratiæ; ergo pro nullo tempore caret omni suo effectu, quem significat, sicuti caret Absolutio sacramentalis, si non statim remittit peccata.

Nam quid aliud est dicere: *Absolve te à peccatis pro quando es dispositus*, quàm, *Absolve te à peccatis pro tempore præsentis & futuro?* Ubi autem dedit Christus potestatem hominibus, hodie absolvendi pro tempore crastino? Nunquid etiam hodie potest Sacerdos consecrare hostiam pro die crastina? Nunquid valet hæc forma: *Ego te absolvo, si cras restiteris?*

Prorsus, inquit, non valet; sed disparitas est, quòd in uno casu dilatio effectus sacramentalis oritur à mera voluntate ministri, qui si vellet, de præsentis remitteret peccata; in alio autem casu, tametsi vellet minister, non potest pro nunc remittere peccata ob indispositionem penitentis; unde una forma est absoluta, alia autem conditionalis.

Respondeo; qui non dedit potestatem ministro, differendi effectum Sacramenti; sed voluit, ut Sacramentum, instar cause naturalis, hoc ipso quo est, causaret suum effectum; ex quo constat, quòd dederit suscipienti Sacramentum illam potestatem, ut pro libito suo, vel nunc recipiat effectum, vel postea? Reliquit quidem in manu ejus dispositionem necessariam ad effectum; adeòque liberum illi est, recipere effectum, vel non recipere, quando Sacramentum ministratur; at verò transacto Sacramento, adhuc in potestate ejus esse, recipere vel non recipere effectum, de nullo Sacramento legitur in Scriptura, Traditione, Conciliis, vel auctoritate Patrum, præterquam de Baptismo. Gratiæ ergò hoc tribuitur Pœnitentiæ, ideo præcisè, ut sic defendatur Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe, quòd & ipsum caret fundamento in Scriptura, Traditione, Conciliis, & auctoritate Patrum.

Quæ autem sit ratio valde probabilis, ex qua Dicastillo disp. 6. n. 94. dicit, dolorem minorem quoad extensionem sufficere ad essentiam Sacramenti Pœnitentiæ, quàm ad illius effectum, hæcenus non potui videre; ut omittam, effectus Sacramentorum, & eo-

rum valorem, non dependere à nostris rationibus & imaginationibus, sed ex Deo, qui omnia quæcunque voluit fecit.

Licet materia hujus Sacramenti, inquit Averfa suprâ, consistat in actibus pœnitentiæ, inter quos præcipuè est retractatio, & dolor de peccatis; tamen cum hujusmodi dolor habeat notabilem latitudinem ac diversitatem, optimè potest esse, ut aliquis dolor sit sufficiens in ratione materiæ ad validitatem Sacramenti; sed non per hoc sit sufficiens in ratione dispositionis ad effectum gratiæ. Nam etiam in aliis Sacramentis requiritur hic dolor in homine, habente conscientiam moralium peccatorum, vel saltem Attritio in Baptismo, vel etiam Contritio in aliis non præmittit Confessione; & tamen in eis non habet rationem materiæ; sed tantummodo dispositionis; sic ergo & in hoc Pœnitentiæ Sacramento, potest requiri quedam doloris perfectio, solum in ratione dispositionis ad effectum, ultra illam qualitatem doloris, quæ sit in ratione materiæ necessaria ad valorem. Huculque Averfa.

Rectè quidem, si solum quaritur de possibili. Interim factum esse in hoc Sacramento quod possibile fuit fieri, unde constat? In aliis Sacramentis tota Ecclesia agnoscit materiam sufficientem ad valorem, distinctam à dispositione requisita ad effectum gratiæ; in Baptismo ablutionem per aquam; in Confirmatione unctionem; & sic de aliis; at verò in Sacramento Pœnitentiæ pro materia statuit Contritionem, quæ cum possit esse sufficiens dispositio ad effectum gratiæ, nulla sit necessitas alicujus dispositionis superaddita.

Et sanè, quòd aliquando eadem Contritio sit materia, & dispositio, etiam Adversarii admittunt. Quòd autem nullus sit dolor requisitus ad effectum, qui non requiritur ad valorem Sacramenti, seu qui non sit materia Sacramenti, pro viribus negant.

Quando (inquit Dicastillo suprâ n. 90.) quis ex justa causa, aut ex inculpabili oblivione, retinet aliquid mortale, cujus tamen verum habet dolorem, propter specialem illius peccati turpitudinem, & simul habet dolorem de aliis peccatis, propter speciales turpitudines ipsorum; in hoc casu pœnitens recipit gratiam in sententia Vasquezii; habet enim dolorem requisitum & sufficientem ad essentiam Sacramenti, & ejus effectum; & omnia, quæ tenentur confiteri, confitetur; & tamen ille dolor, quem habet de illo peccato non dicto in Confessione, etiam si sit dispositio requisita ad gratiam, non est pars Sacramenti; quia dolor, qui est pars Sacramenti, debet esse sensibilis, explicatus scilicet per Confessionem, jam autem, ut supponitur, non confitetur illud peccatum; ergo ille dolor manet insensibilis.

Ex quo

Forma Ordinationis: Accipe Spiritum sanctum, est vera, tametsi nunquam detur gratia.

§ 4. Disparitas aliqua assignata ab Adversariis.

Rejicitur.

Dicastillo.

Ex quo, inquit ille, patet, quod si inculpabiliter deficeret dolor illius peccati, & cætera omnia remaneret, non minus tunc essent omnia essentialiter requisita ad Sacramentum, quàm erant antea. Nam ille dolor, qui deficit, non est pars Sacramenti, sed solum dispositio hic & nunc requisita ad effectum; ac proinde sicut in Baptismo peccatoris adulti, etiam si deficiat dolor omnis peccati, potest dari Sacramentum validum & informe; quia defectus doloris, non est defectus materiz, essentialiter requisitæ ad valorem; ita similiter, si deficiat in Sacramento Pœnitentiæ dolor illius peccati, quod circa culpam reticetur; erit Sacramentum validum, licet informe, quia non deficiat aliquid essentialia Sacramento. Hæc Dicastillo ex Suario.

Ex se autem alium ponit casum, ut putat, evidentiorum; videlicet, quando quis adultus inculpabiliter susceperat Baptismum informem, defectu Attritionis omnium peccatorum, quæ commiserat ante Baptismum; postea vero confitetur mortalia aliqua commissa post Baptismum, cum vera Attritione eorum, atque etiam illorum, quæ commiserat ante Baptismum: ita tamen, ut dolor sit propter speciales deformitates proprias cuiusque peccati; vel ob deformitatem, quæ est in peccato, quatenus est hominis Christiani, quæ deformitas non erat ante Baptismum. In hoc casu, dolor peccatorum, quæ fuerunt ante Baptismum, est dispositio necessaria, ut gratia recipiatur, & tamen non est pars Sacramenti; immo nec esse potest, quia nec peccata ante Baptismum, quorum est ille dolor, possunt esse materia remota, nec illorum Confessio potest esse pars & materia proxima; atque adeo nec illorum dolor, qui per Confessionem eorundem deberet esse sensibilis, est pars Sacramenti, nec esse potest. Ita hic Auctor.

Verumtamen neque hic casus, neque iste, in minimo me urgent, ut recedam à Conclusionem. Nam in primis, juxta principia Scoti, dolor non est propriè dicta materia, seu pars essentialis hujus Sacramenti; sed aliqua tantum conditio, præviè requisita ad veritatem formæ Absolutionis, quæ sola est tota propriè dicta essentia, ut diffusè probavimus sect. 2. concl. 3. ac proinde sufficit sensibilitas Absolutionis, utcunque sit de sensibilitate, vel insensibilitate Attritionis.

Secundò; docet Scotus, & nos cum illo, non dari virtutes morales per se infulas; adeoque si dolor debeat esse supernaturalis in substantia, consequenter dico, in nullo casu sufficere ad effectum Sacramenti dolorem de peccatis propter specialem illorum turpitudinem, nisi sint peccata contra virtutes Theologicas. Arque ut sufficeret dolor supernaturalis in modo, equidem, secundum Tridentinum, debet excludere voluntatem peccandi, quam

non excludit dolor particularis ob specialem turpitudinem, v. g. furti; nam comparatur voluntatem fornicandi, ut clarum est, de quo statim plura.

Manet ergo verum, quod nullus dolor sit pars hujus Sacramenti, quin idem sit sufficiens ad effectum, & quod nullus dolor sit dispositio necessaria ad effectum, qui non sit pars. Nam ad effectum requiritur dolor universalis, qui est unus & indivisibilis actus, extendens se ad omnia peccata, tam ante, quàm post Baptismum commissa, adedque est vera pars Sacramenti, licet fortè non eatenus, quatenus extenditur ad peccata Baptismo anteriora.

Dico, Forè; quia quamquam hæc peccata non sint materia remota, equidem dolor est aliquid necessariò prærequiritum ad veritatem formæ Absolutionis, in quantum unum peccatum non remittitur sine alio; & ut dispositio dici deberet, potius dispositio ad effectum Baptismi, quàm Pœnitentiæ. Ecce doctrinam Adversariorum cardinibus suis luxatam. Nam quæ sequuntur, nullam aut parvam habent difficultatem.

Si, inquit Adversarii, ad valorem Sacramenti requiritur dolor perfectus sufficiens ad effectum, redduntur pœnitentes nimium solliciti de repetendis Confessionibus; in quibus facile est, defuisse talem dolorem.

Resp. I. tam facile est, juxta aliquorum principia, elicere dolorem seu detestationem peccatorum ex motivo generali charitatis aut spei, quàm ex motivo particulari hujus vel illius honestatis moralis. Deinde æquè difficile est, elicere propositum universale de cætero non peccandi, quàm universaliter detestari peccata commissa; immo fortè difficilius; & tamen non obstante hæc difficultate, multi admittunt, illud propositum esse necessarium, non tantum ad effectum, sed etiam ad valorem. Denique quid magis absconditum à cognitione humana, quàm supernaturalitas doloris, maxime in substantia? Et tamen illam admittunt plerique necessariam ad valorem.

Si ergo velimus omnem omnino anxietatem & sollicitudinem de repetendis Confessionibus tollere, dicamus cum Aliquibus, nullum prorsus dolorem requiri; cum Aliis, sufficere dolorem naturalem, aut supernaturalem inefficacem, propositum particulare &c.

Resp. itaque II. si pœnitens bonâ fide processerit, nullum est periculum, quamdiu manet illa bona fides; indirectè quippe absolvuntur illa peccata per subsequentem Confessionem à parte rei validam; neque debent peccata repeti, nisi manifestè constet de invaliditate. Quod si constet, quid mirum quod debeant repeti, sicuti quando constat de defectu jurisdictionis in absolvente?

Dices; Ecclesia censetur suppletè jurisdictionem.

60. Nullus dolor est pars, qui non sufficit ad effectum; & nullus requiritur ad effectum, qui non sit pars.

61. Prima obiectio ad verificationem.

Prima responsio.

Secunda responsio.

62.

stris ratio- Deo, qui i, inquit cœnitentia, & dolor ha- versitatem, or sit suffi- tem Sacra- Nam etiam e dolor in moralium Baptismo, præmissâ abet ratio- positionis; acramento, scio, fo- tum, ultra s in ratione Huculque ur de possi- acramento onlat? In officio mate- stinctam à gratiæ; in in Con- s; at verò eria statuit e sufficiens a fuit ne- dita. Contriò Adversarii dolor re- quiritur ad sit materia à n. 90.) bili obli- jus tamen elem illius e dolorem turpitudi- cipit gra- nim dolo- essentiam onia, quæ amen ille non dicto requisita nti; quia esse len- sionem, confiteatur met inlen- Ex quo

Evasio.

nem, quando aliquis habetur pro legitimo Confessario, quamvis alioquin non sit; ergo similiter Deus censetur acceptare dolorem illum imperfectum, quando bonâ fide proceditur, propter inconvenientia, quæ aliâs orientur.

Præcluditur.

Respondeo neg. Conseq. alioquin sequitur, quod, sicut illa jurisdictio sufficit etiam ad effectum, ita pariter hic dolor sufficiat ad effectum, & non tantum ad valorem, quod Adversarii non admittunt.

Præterea, esto Ecclesia suppleat jurisditionem ( utpote quæ ab ipsa sola dependeat ) non quidem semper, sed quando aliquis communi errore putatur illam habere; nunquid etiam supplet defectum Sacerdotii, aut defectum intentionis in absolvente? Vel si Ecclesia non supplet illos defectus, ut clarum est non supple, nunquid Deus debet illos supplere, ne detur Sacramentum invalidum? Nemo id aserit; & tamen sequi possunt ex ista invaliditate eadem inconvenientia.

Idemque apparet in Sacramento Baptismi, & aliis, quando bonâ fide administrantur sine legitima materia aut forma. Sicut enim in illis bona fides non supplet defectum, neque Ecclesia, neque Deus, tamen ex invaliditate multo graviora incommoda orientur; ita neque in Sacramento Poenitentia aut bona fides, aut Ecclesia, aut Deus suppleat defectum quasi materiae, quantumvis ex invaliditate sequantur aliqua inconvenientia.

Nec obstat, quod sola forma, ut supra diximus, sit tota essentia Sacramenti; siquidem forma non habet rationem Sacramenti, nisi applicetur debita materia; sicuti ablutio cum hisce verbis, *Ego te baptizo* &c. quamvis sit tota essentia Baptismi, tamen non habet rationem Sacramenti, nisi applicetur subjecto capaci. Atque hæc de prima objectione.

63.  
Secunda ob-  
jectio ad-  
versarij.

Secundò obijciunt Adversarii; omittens inculpabiliter aliquod peccatum, validè absolvitur; ergo etiam omittens inculpabiliter dolorem perfectum seu universalem.

Solvitur.

Respondeo; omittens inculpabiliter aliquod peccatum, non tantum validè, sed etiam cum effectu gratia absolvitur; ergo similiter omittens inculpabiliter dolorem universalem; negatur Consequentia. Rationem disparitatis habes in fine Conclusionis præced. Concil. Trid. sess. 14. c. 5. sic ait: *Constat nihil aliud in Ecclesia à poenitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, ac conscientia sue sinus omnes ac latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitantis non occurrunt, in universum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur.*

Ubi expressè supponit Concilium, Confessionem materialiter non integram, dum-

modo formaliter integra sit, sufficere, non solum ad valorem; sed etiam ad efficaciam hujus Sacramenti. Nunquid simile quiddam dixit Concilium de Contritione particulari? Aut usquam docet, aliquam Confessionem sufficere ad valorem, & non ad efficaciam? Dicatillo supra n. 92. in fine ait: *Utrum possit esse Attritio sine effectu, & cum valore Sacramenti, nec docet, nec definit Concilium. Cur ergo nos doceamus?*

Propter hanc, inquis, rationem, & etiam tertiâ objectionem; idcirco requiritur dolor ad valorem hujus Sacramenti, & non solum est dispositio necessaria ad effectum, veluti in Baptismo, quia hoc Sacramentum institutum est per modum iudicii; iudicium autem requirit accusationem, accusatio verò non est nuda narratio peccatorum, sed dolorosa, & ex odio delicti profecta, per quod odium constituitur in ratione accusationis: ergo talis dolor sufficit ad valorem hujus Sacramenti, qualis sufficit ad rationem veræ accusationis; ergo dolor imperfectus seu non universalis. Consequentia est evidens, quia talis dolor sufficit ad rationem veræ accusationis.

Respondeo cum distinctione; ad rationem veræ accusationis in iudicio humano, ubi unum delictum absolvitur sine alio, transeat totum; in iudicio sacramentali, quod ex natura sua est reconciliativum cum Deo, & in quo non remittitur unum peccatum sine alio, nego Assumptum; sed requiritur talis dolor, qui ex se efficaciter tendat ad reconciliationem; adeoque dolor extendens se ad omnia peccata commissa, sive memorie occurrant, sive non, cum sine illo impossibile sit, secundum præsentem Dei ordinationem, hominem Deo reconciliari.

Enimverò reconciliatio, est reductio durorum voluntatum discordantium ad concordiam, adeoque utramque voluntatem convenit redire ad priorem statum. Sicuti ergo voluntas Dei non redit imperfectè remittendo unum peccatum mortale, & non aliud, ita etiam convenit planè & necessarium est, secundum præsentem Dei legem, ut voluntas hominis redeat perfectè per Contritionem universalem de omnibus peccatis commissis, tametsi fortasse hic & nunc alicujus non remittatur.

Dices; fieri potest, ut aliquis ex ignorantia putet, dolorem particularem sufficere. Respondeo; etiam fieri potest, ut aliquis ex ignorantia putet, sufficere voluntatem dandi eleemosynam, aut Confessionem absque ullo profus dolore. Ergo adhibens hujusmodi medium, efficaciter vult reconciliationem, nego Consequentiam; neque enim voluntas efficacis est, quæ adhibet media, quæ intellectus falsò iudicat esse necessaria & sufficientia; sed quæ adhibet media, à parte rei necessaria &

& sufficientia ad finem consequendum; nisi efficacem voluntatem dixeris, quæ adhiberet media necessaria & sufficientia, si ea sciret; illam autem, quæ de facto hujusmodi media adhibet, potius efficientem.

Et tunc dico, non sufficere ad valorem Sacramenti Penitentiae voluntatem efficacem, sed requiri efficientem. Veluti ad valorem Baptismi non sufficit efficacis voluntas applicandi materiam & formam, id est, voluntas, quæ applicaret, si sciret, quæ esset illa materia & forma; sed requiritur voluntas efficiens seu applicans veram materiam & formam.

Nec te moveat, quod scribit Lugo disp. 14. n. 78. Quamvis amor efficacis finis, sit virtualiter amor mediorum, & dolor sit medium necessarium ad reconciliationem cum Deo, non tamen semper amor finis continet æquivalenter & virtualiter ad finem; nam qui vult salvari, vult servare præcepta, quorum unum est dilectio Dei; & tamen ille amor salutis, non est æquivalenter dilectio Dei propter se super omnia; quia si hoc esset, iustificaret etiam extra Sacramentum. Continet ergo illos alios actus per modum imperii & causæ, non tamen continet in se perfectionem illorum æquivalenter, quia bene potest actus inferior imperare actum excellentiorem & superiorem. Hæc ille.

Sed nihil contra nos, qui non asserimus illam æquivalentiam, neque unquam cogitavimus, sufficere ad valorem aut efficaciam Sacramenti Penitentiae, voluntatem efficacem reconciliationis cum Deo, ut nata est impetare detestationem omnium peccatorum; cum nec amor Dei propter se super omnia sufficiat, absque formali dolore. Quid ergo? Intentio nostra hæc est; veluti formalis dolor de uno peccato, quod memorie occurrit, ex motivo dilectionis Dei propter se super omnia, virtualiter se extendit ad omnia alia peccata, quæ absolute repugnant eidem motivo; sic itidem formalis dolor de uno peccato, procedens ex efficaci desiderio reconciliationis cum Deo, virtualiter se extendit ad omnia alia peccata, quæ absolute repugnant isti reconciliationi.

Cum ergo dolor sacramentalis debeat tendere ex se efficaciter ad reconciliationem, per Sacramentum obtinendam, consequenter debet, saltem implicitè & virtualiter, detestari omne illud peccatum, quod potest illam reconciliationem impedire. Sicuti dolor, qui procedit ex efficaci desiderio Beatitudinis, implicitè & virtualiter detestatur omne illud peccatum, quod potest Beatitudinem impedire, quamvis hic & nunc penitens solum cogitet de uno altero peccato in particulari, bonâ fide existimans, nullum aliud latere; idque quia si occurreret aliud peccatum, quod fortè à parte rei subest, statim

ex vi doloris præsentis, etiam illud formaliter displiceret.

Jam autem dolor præcisè propter turpitudinem furti, nequidem implicitè & virtualiter se extendit ad illa peccata, in quibus turpitudine furti non invenitur, v. g. ad peccatum luxuriæ; ergo iste dolor non tendit ex se efficaciter ad reconciliationem; nam cum illo dolore potest stare actualis affectus peccandi contra castitatem. Ergo tamen hic & nunc non esset aliud peccatum commissum, præter furtum; equidem ille dolor non sufficeret ad reconciliationem in Sacramento obtinendam; ut significat Concilium Trid. sess. 14. c. 4. docens Attritionem disponere ad Deigratiam impetrandam in Sacramento, si, inquit, voluntatem peccandi excludat.

Respondet Quidam Adversarius neg. Conseq. existimans, Concilium Tridentinum non requirere majorem extensionem ad valorem Sacramenti ex parte propositi de cætero non peccandi, quam ex parte detestationis peccati præteriti; immo nec ad effectum gratiæ, nisi hic aliunde impediatur. Ita Dicastillo disp. 6. n. 111.

Et probat, quia Concilium illam tantum exclusionem voluntatis peccandi requirit, quæ provenit ab ipsamet Attritione. Cum ergo Attritio tantum excludat voluntatem peccandi, quatenus est retractatio voluntatis peccandi cumque Attritio, de qua nunc agimus, non sit universalis retractatio peccati, sed specialis cujusdam peccati, tantum vi sua excludet peccatum, quod continetur sub illa ratione. Exclusio verò voluntatis peccandi, in aliis materiis diversæ rationis, si reperitur in penitente, non ex vi talis Attritionis proveniet, sed aliunde: nulla enim causalitas exerceri potest ab ea Attritione extra latitudinem (ut sic dicam) sphaeræ suæ activitatis; ergo propositum seu voluntas peccandi, quam debet excludere ea Attritio, non potest latius patere, quam ipsa Attritio: si hæc ergo non est universalis, neque voluntas seu propositum non peccandi inde ortum, universale erit. Hæc ille.

Quòd si inferas; ergo aliquis valde poterit recipere hoc Sacramentum, cum affectu actuali ad aliquod peccatum mortale. Respondet neg. Conf. nam requiritur, inquit, carentiam propositi actualis peccandi, quam carentiam non habet, qui habet actualem affectum ad peccatum mortale; ille enim affectus peccatum quoddam est, adeoque non habet, quod requiritur ad valorem Sacramenti.

Sed hæc est petitio principii, quod non oportet suppositum, aut probatum. Nam quæro ego, si non requiritur dolor universalis, neque propositum universale ad valorem Sacramenti; unde tibi constat, quòd requiritur carentia propositi actualis peccandi? An fortè, quia Trident. sess. 14. c. 5. docet, institutam

Talis non est dolor præcisè propter turpitudinem furti.

Conc. Trid.

68.

Respondio. Dicit non requiri majorem extensionem propositi quam doloris.

est requirere carentiam actualis propositi peccandi.

69.

sed est petitio principii.

esse à Domino integram peccatorum Confessionem? Etiam docet cap. 3. quòd ad plenam & perfectam remissionem peccatorum ex Dei institutione requiratur Contritio, id est, detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero; & cum non sit major ratio de uno peccato quàm de alio, sequitur quòd de omnibus. Ergo sicut tu dicis, nihilominus sufficere ad valorem, licet non ad effectum dolorem particularem de uno peccato, ita ego consequenter dicam, sufficere ad valorem, licet non ad effectum Confessionem formaliter non integram; sicut Aliqui docent, dolore etiam formaliter non integram sufficere.

Et sanè gratis videtur requiri bona fides, ut dolor particularis valeat, si alioquin sit materia à Christo instituta. Patet in aliis Sacramentis, ubi propter bonam fidem ministri aut suscipientis, non fit materia aut forma, quod alioquin non esset materia, aut forma.

Dices; contrarium hic apparet in Confessione, quæ materialiter non integra est materia; secus formaliter non integra.

Respondeo; utramque Confessionem esse materiam sufficientem, quantum est ex parte Confessionis; quòd autem Absolutio sit invalida, oritur ex defectu doloris, qui nequit esse universalis quando scienter & volenter absque justa causa taceret aliquod peccatum mortale. Si ergo in aliquo casu valet dolor particularis, etiam in eodem valebit Confessio non integra formaliter.

Deinde, ut supra vidimus ex Tridentino, constat, Christum non instituisse pro materia necessaria nisi Confessionem formaliter integram, etiam ut Sacramentum conferat effectum, idque quia materialiter integra est sæpe physicè impossibilis, quando videlicet peccatum commissum diligenter cogitanti non occurrit: ergo non erat conveniens eam institui tanquam necessariam sive ad valorem, sive ad effectum Sacramenti; dolor autem universalis semper possibilis est, sive peccatum occurrat, sive non; & ideo jure merito Christus ipsum requisivit, non tantum ad effectum, sed etiam ad valorem.

Vidit Lugo hanc difficultatem, & ideo valde laborat in quærendo disparitatem inter dolorem, & propositum, ut ostendat hoc debere esse universale, etiam ad valorem, & non illum. Et primò quidem confugit ad Concilium Trid. quod de dolore solum dixit, debere esse *detestationem de peccato commisso*, in quibus verbis non petit dolorem terminatum ad omnia peccata, sed solum ad commissà; de proposito autem dixit universaliter, debere esse *propositum non peccandi de cætero*, & debere *excludere voluntatem peccandi*, quæ verba universalis sunt, & comprehendunt omnia peccata; in quo etiam sensu Gregorius Papa Homil. 34. in Evangelia, & lib. 9. Regist. Epist. 39. dixit,

Penitentiam esse *commissa plangere* (ecce dolorem de præteritis) & *plangenda non committere* (ecce propositum circa futura) in quibus etiam verbis majorem universalitatem habet propositum, quàm dolor; hic enim fertur ad sola commissà, illud verò ad omnia, quæ committi possunt. Hucusque Eminentiſſ. disp. 14. n. 81.

Sed contrà primò; si in istis locutionibus non requiritur dolor universalis, cum definiant veram Penitentiam sufficientem ad effectum Sacramenti, jam etiam dolor particularis sufficit ad effectum; vel si aliquid amplius requiritur, mirum quòd Concilium Trident. nullam ejus faciat mentionem, sicut facit mentionem dispositionis, requirit ad effectum Sacramenti Baptismi.

Secundò; jam ostendimus Attritionem particularem non excludere positivè omnem voluptatem peccandi, estò Attritioni particulari posset conjungi universale propositum non peccandi.

Tertiò; quid obstat quòd minùs illa verba: *Cum proposito non peccandi de cætero*, intelligatur de illo peccato, de quo præcessit dolor seu detestatio? Non enim apparet major ratio, quare oporteat propositum esse universale, quàm dolorem universale. Immo propositum universale videtur supponere dolorem universale. Quomodo enim potest quis proponere, numquam amplius peccare, nisi, saltem implicite, detestetur quodlibet peccatum commissum; ideo enim proponit, quia dolens ergo univèrsè proponit, etiam univèrsè debet dolere, vel si solum dolo particulariter, etiam propositum tantum erit particulare; quod probatur ex communi hominum apprehensione, qui quando dolent de aliquo uno actu in particulari, non solent facere propositum; nisi de solo illo actu amplius non committendo.

Dices cum Lugo supra n. 82. dolor est talis actus, qui, juxta suum modum tendit ad peccatum, sicut solum ad ea peccata, quæ apprehenduntur commissà; neque enim retractari potest, nisi quod malè factum apprehenditur. At vero propositum ex natura sua ferri potest æqualiter ad omnia peccata possibilia.

Respondeo; dolor est talis actus, qui ex natura sua ferri potest, saltem implicite, ad omne illud, per quod aliquis fuit offensus, sive nunc memoriæ occurrit, sive non. Ergo est eadem ratio de dolore, & proposito; neque enim propositum semper formaliter se extendit ad omnia in futurum cavenda; sed præcipuè ad cavenda illa, de quibus præcessit explicitus dolor.

Aliam rationem disparitatis adfert Cardinalis supra n. 83. quia ad hoc, ut homo admittatur de novo in amicitiam & gratiam Dei, magis per se exigitur propositum circa futura, quàm dolor de præteritis. Hinc qui baptizatur cum solo originali, non indiget dolore, sed bene proposito; quia nimirum, qui alter se de novo

Gratis videtur requiri bona fides ut dolor particularis valeat

70. Objeccio

Solvitur.

71. Diferimen inter dolorem, & propositum quoad universalitatem ex Lugone.

de novo in servum vel domesticum tradit, videtur hoc propositum adducere voluntatis eius exequenda; dolor autem solum requiritur sub conditione, si aliquid contra Deum commisit.

Respondeo; placet requiritur sub illa conditione, & ideo, saltem virtualiter & implicitè, debet se extendere ad omne illud, quod possit esse commissum, sive ignoretur, sive non; cum enim talis dolor sit possibilis etiam ignorantibus, merito ab eo exigitur, æquè ac universale propositum.

Deinde veluti non potest esse odium effectum peccati præteriti, quin sit propositum implicitum vitandi futurum sub eodem motivo; sic pariter non potest esse propositum effectum vitandi peccatum futurum, quin sit odium implicitum præteriti sub eodem motivo.

Respondet Lugo supra n. 87. negando primum; & rationem disparitatis assignat n. 56. Nam qui proponit, ex vi propositi solum dicit, volo deinceps nullo modo peccare: potest autem stare, quod quis firmissimè velit non iterum peccare, licet non displiceat ipsi peccasse olim: possum enim præcindere peccata præterita à futuris, & complacere in præteritis, vel saltem de illis non curare: negando tamen mihi omnia futura. Sic senex impeditus facile proponit castam ducere vitam in futurum, licet non displiceat ipsi lascivia suæ juventutis, nec contradicit sibi dicendo; placet mihi quod feci, sed nullo modo volo iterum id facere, sufficit semel fecisse. Hæc ille.

Sed contra; senex ille proponit efficaciter castam ducere vitam in futurum, vel ex motivo offensus divinæ, vel ex motivo damnationis æternæ, aut ex motivo turpitudinis peccati, vel certe quia amplius non potest peccare. Si ex tribus primis motivis, cum hæc comprehendat sub se, tam peccata præterita, quam futura (nam etiam præterita illis opponuntur) consequens est, ut propositum illud explicitum castam ducendi vitam in futurum, sit implicita detestatio præteritæ lasciviæ. Sin autem ex motivo quarto, cum illud non comprehendat sub se peccatum præteritum, ut patet, quid mirum, si ex illo motivo possit velle amplius non peccare, licet nequidem implicitè displiceat sibi olim peccasse? Putas autem, quia propositum ex tali motivo sufficeret ad valorem Sacramenti? Noli putare, quia motivum, quod requiritur ad dolorem, idem requiritur ad propositum.

Quæ cum ita sint, nemini puto dubia esse potest probabilitas nostræ Conclusionis, quæ nobis sufficit. Nam contrariæ opinioni suam probabilitatem nolumus auferre, quando peccitans procedit bonâ fide, & aliquem adfert dolorem supernaturalem, quamvis non universalem de omnibus peccatis commissis,

ed quod non occurrant memoriæ, vel quia putat particularem sufficere, ut non tantum validè, sed etiam cum effectu absolvatur. Quin immo docent Multi, Sacramentum hoc posse esse validum, & informe tum defectu doloris; tum etiam defectu integritatis, estò mortaliter culpabili.

Auctores pro hac opinione (quæ satis favorabilis est, tum pœnitentibus, tum Confessariis, ne solliciti esse debeant de repetendis Confessionibus) videre poteris apud Dianam p. 1. tract. 3. Miscel. resol. 31. ubi, sicuti & p. 3. tract. 4. resol. 65. testatur, non de communi Theologorum (ut ait Dicastillo disp. 6. n. 86.) sed de communiter recepta in schola Divi Thomæ. Sic enim scribit resol. 31.

Ex hac doctrina, recepta, ut dixi, communiter à Thomistis, possunt Confessarii non raro excusare pœnitentes ab onere reiterandi Confessiones. Regula verò ad cognoscendum, quod præparatio fuerit sufficiens (loquitur de examine conscientiæ) ad validitatem Confessionis iterandæ, vel non iterandæ; hæc est: Si post Confessionem plura peccata occurrant memoriæ, quam in Confessione explicata sunt, non fuit diligentia sufficiens. Si autem occurrant aliqua peccata multò pauciora, quam confessâ, credendum est, quod fuerit diligentia sufficiens; & à fortiori fuit sufficiens, ut Confessio esset valida; unde in similibus casibus homo non est obligatus ad iterandam Confessionem; sed debet se accusare de illis peccatis non confessis, & de negligentia saltem ad cautelam. Hæc Nugnus ubi supra (in 3. p. tom. 2. q. 9. a. 1.) quæ Confessariis ad tollendos serpulos multum plausibilia futura esse confido, & est sententia communis PP. Dominicæanorum. Hucusque Diana.

Videant PP. Dominicani an illa sit ipsorum sententia, & sententia Doctoris Angelici, qui 4. dist. 17. q. 3. a. 4. question. 2. sic ait: De necessitate Confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet; quod si non facit, non est Confessio, sed Confessionis simulatio. Et 4. dist. 23. q. 1. a. 4. quæst. 2. Hoc, inquit, Sacramentum (Extremæ Unctionis) non habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministræ consequatur, omnibus, quæ sunt de essentia Sacramenti, rite peractis, sicut Character in Baptismo & Confirmatione, & transubstantiatio in Eucharistia, & remissio peccati in Penitentia existente Contritione, quæ est de essentia Sacramenti Penitentia.

Ubi videtur revocare, quod prius docuerat 4. dist. 17. q. 3. a. 4. q. 1. ibi: Confessio potest esse in eo, qui non est contritus; quia potest peccata sua Sacerdoti innotescere, & Clavis Ecclesiæ se subicere; & quamvis tunc non percipiat Absolutionis fructum, tamen recedente fitione percipere incipiet, sicut etiam est in aliis Sacramentis, unde non tenetur iterare Confessionem, qui factus accedit, Qqq 2. sed te,

Diana

Dicastillo

77. An fuerit sententia D. Thomæ?

Si fuerit, videtur etiam revocasse

sed tenetur postmodum fictionem illam consistere.

78.  
Responsio  
Dicitur.

Respondet Dicastillo suprà n. 85. D. Thomam dist. 23. nomine Contritionis intelligere perfectam, vel imperfectam, quæ dicitur Attritio, quarum qualibet, si aliud non obstat, sufficit etiam ad effectum, adeoque non revocare, quod prius docuerat.

Rejicitur.

Sed contrà; etiam dist. 17. intelligit utramque Contritionem. Patet ex illis verbis: *Et quamvis tunc non percipiat Absolutionis fructum*; ergo loquitur de absentia illius Contritionis, quæ si adesset, pœnitens perciperet Absolutionis fructum; ergo non de sola Contritione perfecta, quia ad fructum sufficit imperfecta. Quidquid sic de mente D. Thomæ, non video, quare una præparatio (de qua Diana suprà) sit sufficiens ad validitatem Confessionis, & non alia, si utraque est mortaliter culpabilis.

79.  
Sententia  
Henricus.

Hinc magis consequenter Henriquez in Sum. lib. 5. c. 11. n. 1. Est, inquit, verum Sacramentum, I. quando pœnitens integrè fatetur, cum aliquo formali dolore & proposito, excludente voluntatem peccandi; & tamen non habet dignam dispositionem primæ gratiæ, à Christo institutam: puta dignum gradum Attritionis supernaturalis, sed naturalis objecti, etiam ex auxilio Dei. Nec impeditur veritas Sacramenti si insufficientis sit dolor ex mortali negligentia aut ignorantia quadam culpabili, nam concurrunt omnia ad veritatem Sacramenti requisita.

Secundò, si quis ex negligentia & ignorantia culpabili oblitus est quorundam mortalium (ut si multis peccatis & variis negotiis irretitus, conscientiæ suæ latebras accuratè non perquisivit) & tamen in animo habuit facere integram Confessionem. Hec ille.

Unde (inquit Diana suprà resol. 65.) minimè dubitandum est, hanc sententiam probabilissimam esse in praxi (si credere fas est) & ideo possunt Confessarii excusare pœnitentes à reiteratione Confessionis, quando fuerit informis ex defectu doloris vel ex animi.

80.  
Quid de  
hac re sen-  
serit Scotus.

Cæterum si à me quæritur, quid de hac re senserit Doctor Subtilis, Resp. incertum esse; lego q. dist. 14. q. 4. n. 4. *Congruit ex parte susceptivi, quod sit pœnitens, id est, habens aliquam dissipationem de peccato commisso*; hoc enim videmus etiam in Iudicibus temporalibus, quod protervum sententialiter condemnant. Jam autem qui accedit cum dolore imperfecto, potissimum bonâ fide, non est protervus. Ergo ille dolor, secundum Scotum, sufficit ad valorem Sacramenti.

Nego Conseq. alioquin Sacramentum etiam haberet suum effectum, quemadmodum sententia Iudicis temporalis. Nimis manifestum est, illa duo iudicia in multis non convenire. Igitur Doctor hoc loco solum vult ostendere, aliquem dolorem esse necessarium; qualis

autem debeat esse, non determinat.

Alioquin dubitasse de valore inferiori, videtur colligi ex his verbis q. dist. 16. q. 1. n. 7. *Satisfactio debet sequi Sacramentum Pœnitentiæ, hoc ut habeat efficaciam*; & hoc in re, vel in voto, nisi Iudex possit perpendere, illas penas alias præcedentes sufficere ad totius pœnæ solutionem. Ipsa enim sententia Sacerdotis sic abjicit, quod tamen ligat. Abjicit quidem à debito pœnæ æternæ, sed ligat ad solutionem pœnæ temporaliæ, nisi sit sufficienter tam soluta. Ipsa etiam vel nullo modo abjicit, vel saltem non efficaciter, nisi ille reus sit in se debito modo dispositus: quia Sacramentum est signum Absolutionis interioris, quæ interior non concematur, nisi sit debita dispositio mentis interioris abjovendi.

Ubi nota illa verba: *Ipsa etiam* (scilicet sententia Sacerdotis seu Absolutio, quæ, secundum ipsum, est tota essentia Sacramenti) vel nullo modo abjicit, vel saltem non efficaciter &c. quibus sub dubio videtur insinuarè, sententiam Sacerdotis aliquo modo absolvere, licet non efficaciter, reum in se indispotum.

Audiamus quid dicat in Report. (impressis Lugduni) eadem dist. & q. n. 13. *Absolutio*, inquit, *sacramentalis* ex quo significat, efficaciam interioriorem invisibilem inesse pœnitenti, suscipienti hoc Sacramentum, præsupponit & exigit in eo duas partes Pœnitentiæ, tertio & quarto modo dicta; scilicet Contritionem de peccato, cum eiusdem dissipatione, & Confessionem sive præparationem eius, cum sua pœnâ consequente, scilicet verècundia & robore, ad hoc quod pœnitens sit capax signi sacramentalis Absolutionis, quæ est Sacramentum Pœnitentiæ.

Si enim Sacerdos invenit non contritum de peccato, nec detestantem peccatum, nec accusatum se per Confessionem, non absolvet eum, nec per consequens recipiet Sacramentum Pœnitentiæ; quia hoc Sacramentum ex natura sua est signum effectus Absolutionis interioris, quæ non potest esse anima non pœnitens per notionem peccati, & eius præparationem; nec tamen Absolutio Sacramenti Pœnitentiæ est causa illarum partium in esse simpliciter, sed in esse gratuito, præsupponens ea in suscipiente de congruo ad susceptionem Absolutionis, ut eius necessariam & immediatam dispositionem, sit dictam est suprà de aliis Sacramentis.

Suprà, inquam, dist. 1. q. 4. n. 12. ubi sic habet: *Ad primam Augustini de aqua, dico non discordando, vel glossando, quod tinctio corporis ab aqua, cum verbis simul, verè cor ablut, non quod actione sua attingat gratiam, vel dispositionem ad eam; sed quod ipsa ablutio exterior sit immediata dispositio ad gratiam, ut secum habens quod signat.*

Clariùs in primo scripto eadem dist. q. 5. n. 17. *Ad primum dico, quod aqua ablut cor, id est, animam, non quidem causando dispositionem mediam inter ipsam, & gratiam abluentem; sed ablut tanquam dispositio proxima & immediata ad gratiam, eo modo quo dicitur, quod meritum inducit Beatitudinem, vel quod scilicet, sive alia huiusmodi præparatio, inducit sanitatem. Jam autem aqua* scilicet

seu tinctio corporalis ab aqua, talis est dispositio, ut sine illa Sacramento Baptismi non valeat, multo minus causet effectum gratie.

Ergo similiter, secundum Scotum, licet Contritio & Confessio non sint revera partes Sacramenti Pœnitentiæ strictè loquendo, quemadmodum tinctio corporis ab aqua est pars Sacramenti Baptismatis; nihilominus sunt necessaria & immediata dispositio prævia, non tantum ut Absolutio sacramentalis causet effectum gratie, sed etiam ut valeat. Neque usquam distinguitur inter Contritionem aut Confessionem requisitam ad valorem, & requisitam ad effectum gratie.

Immo eandem requiri, videtur significare illis verbis supra in Report. Si sacerdos invenit non contritantem de peccato, nec desistantem peccatum, nec accusantem se per Confessionem, non absolvet eum, nec per consequens recipiet Sacramentum Pœnitentiæ. Cur hoc? Quia, inquit, hoc Sacramentum est signum efficax Absolutionis interioris, quæ non potest inesse anime non penitenti per naturam peccati, & eius propalationem.

Ubi indubit per Absolutionem interiorem intelligit veram remissionem peccatorum per infusionem gratie sanctificantis, quæ quia non potest inesse anime non penitenti per notationem peccati, & eius propalationem, ideo non absolvetur eum Sacerdos, nec per consequens recipiet Sacramentum Pœnitentiæ; ergo Contritio, quæ requiritur ad recipiendum interiorem Absolutionem, eadem necessaria est ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ.

Quid miramur? Etenim, ut dixi circa principium Conclusionis, cum forma Absolutionis significet immediatè suum effectum, scilicet internam remissionem peccati, & non actionem aliquam externam, aut alium effectum insalubriter conjunctum, si remissio interna non conferatur, ipsa forma erit falsa.

Sed hoc argumentum (dicit aliquis) non multum convincit: quia forma Absolutionis significat confitentem absolvi à peccato quantum ligat vel secundum culpam, vel secundum penam æternam aut temporalem, vel secundum obligationem confitendi; jam autem Absolutio valida, & informis remittit obligationem confitendi.

Præterea remittit peccata secundum culpam & penam saltem in jure.

Respondeo, hæc est petitio principii; nam æquè, (si non magis) incertum est, an Sacramentum Pœnitentiæ reviviscat, quam an detur Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe. Si autem non reviviscat, certum est, formam talem remissionem non significare, adeoque nec conferre. Sicut ergo gratis asseritur talis significatio & remissio, ita optimo jure negatur; cum ad negandum sufficiat, quod non adit ulla ratio affirmandi.

Et consimiliter negari posset hæc significatio: Remitto tibi peccata quoad obligationem confitendi; quamvis enim tollatur illa obligatio per Sacramentum Pœnitentiæ, susceptum cum effectum gratie; sicuti tollitur obligatio Baptismi, per ipsam susceptionem Baptismi; interim hoc significari in actu signato per ista verba: Ego te absolvo, immo in actu exercito per Sacramentum informe, non probatur, nisi ex hypothesi, quod detur Sacramentum validum & informe. Vide quæ de hac re diximus disp. 1. sect. 6. concl. 5. & confestim intelliges, quam incertis navigent undis, qui absque auctoritate alicujus Scripturæ aut Concilii, si de Traditione, absque communi consensu SS. Patrum, conantur inducere in Ecclesiam Dei, & stabilire Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe, ut Confessarios & pœnitentes liberent à nimia, ut vocant, sollicitudine repetendi Confessiones. Non negamus quod Christus sic potuerit instituire suum tribunal; ut autem dicamus sic instituisse nihil cogit; immo probabilius nobis apparet, non sic instituisse.

Alioquin vellem audire aliquem, qui efficaciter ex sola ratione probaret, dolorem esse necessarium ad essentiam hujus Sacramenti. Nam communis probatio, quæ supra usi fuimus, desumpta ex judicio humano, non convincit; quippe multa necessaria sunt in judicio humano, quæ non sunt necessaria in judicio sacramentali, & vice versâ, ut patet ex ante dictis.

Non satis est in judicio humano, quod reus confessus, doleat se fecisse, & proponat se non amplius facturum, ut propterea omnino debeat absolvi, & insuper addantur illi magna nobilitas aut dignitas, & dona magni momenti: at verò si reus id præstet in judicio sacramentali, abundè sufficit. In judicio humano non debet Iudex esse paratus ad absolvendum quantumcumque & quotiescumque; relapsum: at verò Iudex sacramentalis debet esse paratus sæpius absolvere relapsum: toties quoties debite fuerit dispositus: hoc enim totum meruit nobis Christus, & passioni suæ dandum esse censuit.

Eandem ergo ratione potuit, si voluisset, solam explicationem peccatorum requirere ad valorem, immo & ad effectum hujus iudicii; siquidem reconciliatio, quæ est effectus, non est aliud, quam gratia sanctificans, per quam homo conformatur Deo, factus divinæ confors naturæ. Cur autem illam gratiam, si voluisset, non potuisset Christus ex suis meritis conferre, posita explicatione peccatorum absque dolore, præsertim quando defectus seu carentia doloris proveniret ex inculpabili ignorancia vel inadvertentia? Absolutè nihil obstat.

Adde, etiam Baptismum esse Sacramentum

87. Respondetur ad primam.

88. An sit dolor necessarius ad essentiam hujus Sacramenti?

Non sic in omnibus argumentis à judicio humano ad Sacramentale, & contra.

89. Potuit Christus solam Confessionem requirere ad valorem hujus Sacramenti.

reconciliationis (quamvis non eodem modo; nam Baptismus per modum regenerationis, Pœnitentiæ verò per modum Absolutionis, qui sunt modi valde distincti) & tamen ad valorem Baptismi non requiritur dolor. Unde ergo probatur necessitas alicujus doloris ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ?

90.  
Necessita-  
tem doloris  
probat Di-  
citi ex  
praxi Ecce-  
lesiæ.

Respondet Dicastillo disp. 6. n. 153. non solum ex communi sensu Doctôrum sed ex ipsa quoque praxi totius Ecclesiæ. Si enim Confessio sine dolore facta, esset valida, & simul cum Absolutione sufficiens ad constituendam essentiam Sacramenti, licet non contulisset effectum ob defectum dispositionis; non esset obligatio eam iterum repetendi, cum jam illa peccata fuissent valide subiecta Clavibus in Confessione valida, atque actò solum oporteret postea obicem auferre, ut cum effectu remitterentur. Consequens autem hoc, est contra praxim totius Ecclesiæ; quamvis enim sit in questione positum, an sit Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe defectu sufficientis doloris, qui ad gratiam sufficienter disponeret; in confesso tamen est apud omnes, repetendam esse tanquam invalidam eam Confessionem, quæ saltem scienter facta fuisset sine ullo profus dolore, & eam esse sacrilegam. Hæc ille.

objectio.

Contrà; Doctores, estò pauci, qui admittunt Sacramentum validum sine ullo profus dolore, confequenter facile admitterent, aut saltem admittere possent, Confessionem sic factam non esse repetendam; idque eadem ratione, quâ alii admittunt non esse repetendam Confessionem validam & informem defectu doloris supernaturalis. Quòd autem ordinariè repetatur, sit ex ignorantia illius opinionis, aut ex eo, quòd sit contraria communi sensui Doctôrum, à quo in re tanti momenti non est facile recedendum.

91.  
Necessaria  
est Contri-  
tio etiam ad  
valorem Sa-  
cramenti.

Dico itaque, Contritionem planè necessariam esse, non tantum ad effectum hujus Sacramenti, sed etiam ad valorem, Deo ita volente, & suam voluntatem significante per Concilium Trident. sess. 14. c. 3. & Florentinum in Decreto Eugenii.

Quæro autem ulterius, an dolor ille seu Contritio, quatenus est materia, aut quasi materia Sacramenti Pœnitentiæ præcedere debeat Absolutionem, & Confessionem; an verò sufficiat quòd sequatur? Responso erit

## CONCLUSIO IV.

Dolor sacramentalis Absolutionem non sequatur. Confessionem non necessariò præcedit tempore.

Prima pars est communis, & à posteriori sufficienter probatur ex praxi fidelium, Confessiones aliter factas repentium; quòd haud dubiè faciunt, quia existimant hujusmodi Confessiones fuisse invalidas, Confirmantur ex praxi Confessoriorum, qui semper ante Absolutionem sunt solliciti de dolore pœnitentiæ; nullus autem curat de dolore post Absolutionem. Supponunt ergo omnes, elici debere Contritionem ad minus ante Absolutionem.

Ratio à priori voluntas Christi, quæ nobis ex illa praxi, & communi consensu Doctôrum innotebit. Congruentia est; quia sententia reconciliativa supponit accusationem non simpliciter, sed dolorificam, ut patet ex dictis concl. præcedenti; atqui Absolutio est talis sententia; ergo &c.

Et licet in foro externo subinde absolvatur, tamen constat non ad esse dolorem, ut patet in censuris, à quibus censuratus potest absolvi ante emendationem, ob alias prudentes considerationes; equidem rarissime: in foro autem Sacramentali nunquam, volente Deo, qui omnia quæcumque voluit fecit.

Et ratio aliqua disparitatis est; quòd Absolutio Sacramentalis pro fine primario habet internam remissionem peccatorum per infusionem gratiæ sanctificantis, unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit heres secundum spem vitæ æternæ. Planè autem conveniens fuit, non admittere quemquam ad hæreditatem vitæ æternæ, & amicitiam divinam, cui non priùs displiceret peccatum, per quod ex amico factus fuerat inimicus, & heres secundum timorem damnationis æternæ; quamquam absolute aliter potuisset fieri, ut dixi concl. præcedenti. Vel ergo nullus dolor requiritur, vel requiritur dolor præcedens Absolutionem; cum & hoc ipsum appareat in iudiciis humanis, in quibus nemo absolvitur sine dolore prævio, cum obligatione doloris subsequenti.

Ex jam dictis facile colligitur diversitas inter Contritionem & Satisfactionem, quare potius (cum utraque sit pars materialis, quæ communiter solet præcedere partem formalem) Contritio debeat præcedere, quàm Satisfactio; quia videlicet Satisfactio non est necessaria ad remissionem peccatorum, quæ

que principaliter significatur per Absolutionem. Unde non est etiam pars essentialis, aut quali, sed tantum integralis.

Confirmatur ex iudiciis humanis, in quibus satisfactio partis sæpissimè sequitur sententiam iudicis, non sic accusatio dolorosa. Alioquin sufficit ad hanc veritatem communis usus & praxis totius Ecclesiæ, tam ipso- rum pœnitentium, quam Confessariorum. Quamvis enim Confessarii communiter imponant Satisfactionem ante Absolutionem; attamen si oblitii fuissent, indubiè post Absolutionem imponerent; & pœnitentes ordinariè post Absolutionem implent Satisfactionem, etiam impositam ante Absolutionem.

Neque dixeris, in aliis Sacramentis, v. g. Baptismo, forma potest præcedere materiam, v. g. abluitionem; ergo etiam in hoc Sacramento; nam disparitas est, quòd Sacramentum Pœnitentiæ sit institutum per modum iudicii. Cæteroaquin dici posset & deberet, etiam Confessionem, quæ est pars materialis, posse sequi Absolutionem, quod nullus unquam cogitavit; & expressè contradicit Trident. sess. 14. c. 5. ibi: *Constat Sacerdotes iudicium hoc incognitâ causâ exercere non potuisse.*

Aliam disparitatem insinuavimus concl. præcedenti, videlicet, Contritionem non esse materiam intrinsecam & essentialem Sacramenti Pœnitentiæ, quemadmodum ablutio Sacramenti Baptismi, sed tantum conditionem aliquam sine qua non, sive aliquid essentialiter prærequisitum, ut forma sacramentaliter significet; quid ergo mirum, si necessariò formam debeat præcedere? Est enim instar cuiusdam dispositionis preparantis subiectum, ut sit capax Absolutionis. Neque enim Christus instituit hoc Sacramentum, & dedit potestatem absolvendi quoscumque sive dispositos, sive indispositos, sed debitè dispositos; ad illam autem dispositionem requiritur Confessio dolorosa,

Igitur ultima & prima ratio, voluntas Christi; ut proinde quod in materia fidei verissimè doctissimèquè dixit S. Chryostomus in 2. Thell. 2. *Traditio est, nihil quæras amplius, in hac materia dicere mihi liceat, Voluntas Christi est, nihil quæras amplius quia nihil invenies, quod ex omni parte satisfaciatur curioso lectori, & studioso indagatori.*

Sed nunquid voluntas Christi fuit, quòd dolor tempore præcederet Confessionem? Affirmat Regius disp. 4. dub. 6. n. 45. negat Lugo disp. 14. sect. 2. n. 13. citans Suarium disp. 20. sect. 4. n. 31. & alios, qui existimant, ne quidem debere concurrere cum illa; sed omnino sufficere, si tempore antecedit Absolutionem, quæ est secunda pars Conclusionis.

Et probatur, ut prior, ex communi praxi tum pœnitentium, tum Confessariorum; illi enim putant se satisfacisse, si absolutâ Confessione excitent in se dolorem de peccatis confessis, etiam merè internum; hi autem solliciti sunt, ut moveant pœnitentes post Confessionem ad dolorem; neque obligant eos post dolorem tunc conceptum ad repetendam Confessionem ne quidem sub compendio, dicendo (ut vult Regius supra) se dolere de peccatis jam narratis, & cupere ab iis absolvi. Ita Lugo supra n. 14.

enim putant se satisfacisse, si absolutâ Confessione excitent in se dolorem de peccatis confessis, etiam merè internum; hi autem solliciti sunt, ut moveant pœnitentes post Confessionem ad dolorem; neque obligant eos post dolorem tunc conceptum ad repetendam Confessionem ne quidem sub compendio, dicendo (ut vult Regius supra) se dolere de peccatis jam narratis, & cupere ab iis absolvi. Ita Lugo supra n. 14.

Sed quidquid sit de his verbis; *Cupio ab iis absolvi*, haud dubiè Confessarii excitant pœnitentes, non tantum ad internum dolorem, sed etiam ad exhibendum signum ejusdem Contritionis; ut rectè notavit Suarez supra, probans suam opinionem; quia, inquit, juxta communem ulum fidelium, tam pœnitentium, quam Confessariorum, post absolutam Confessionem peccatorum omnium, solent excitari ad generalem contritionem peccatorum eorundem, & ad exhibenda signa ejusdem Contritionis seu doloris.

Quæris quid Suarez intelligat per ista signa? Respondet Arriaga disp. 37. n. 4. Ad argumentum oppositum ait (Suarez) ipsum pœnitentem expectare Absolutionem post dicta peccata, esse ostendere dolorem De mente ergo Suarii non potest esse dubium. Hec ille, contra Layman lib. 5. cap. 4. ubi vult probare, Suarium verbotenus esse contra illam sententiam. Refero verba Suarii, ut quisque judicet de ejus mente.

Verbis itaque mox allegatis continuò atterrit: Idque censetur ex hac parte sufficiens, ut ritè & rectè detur Absolutio, sive dolor antea præcesserit, sive non. Dico ergo, hoc etiam satis esse ad veritatem Sacramenti. Ratio est; quia licèt tota prior narratio peccatorum, quatenus tempore antecessit Contritionem, nondum habuerit completam rationem accusationis, ut ratio prius facta convincit; tamen quatenus postea informatur per consequentem Contritionem, & ut sic informatam subicitur Clavibus ab ipsomet pœnitente, postulante vel expectante Absolutionem, sufficienter consummatur in ratione accusationis sacramentalis; hoc ergo satis est ad veritatem Sacramenti. Hucusque Suarius. Ad eoque de mente ipsius potest esse dubium. Pro quo

Notandum duplex argumentum pro sententia Regii. Primum est, Confessio sacramentalis non est nuda narratio peccatorum, sed vera accusatio, id est, explicatio peccatorum, procedens ex odio seu detestatione eorum, in ordine ad obtinendam Absolutionem, atqui Confessio tempore antecedens Contritionem, non est vera accusatio; ergo &c.

Secundum argumentum: Dolor sacramentalis, utpote pars materialis, debet esse sensibilis; atqui dolor subsequens Confessionem non

praxi pœnitentium, & Confessarii-ouum.

97. Confessarii solent excitare pœnitentes ad exhibenda signa doloris post Confessionem Suarii.

Quæ sine illa signat Arriaga.

Layman.

Suarius.

98. Primum argumentum pro sententia Regii.

Secundum.

IV. solutio- n- fessio- præcedit posteriori fidelium; quòd hujusmodi confirmatur ante Absolutionem; elici debet Absolutio- que nobis su Ducto- ut sententiam non solutio est absolvatur- dorem, ut- tus potest- as prudens- in fo- volente sic- uit fecit. d- d Absol- io habet- ber infuso- mo ex in- ut sit ha- anè autem- inquam ad- ritiam divi- ratum, per- s, & hæ- as æternæ; fieri, ut- illus dolor- cedens Ab- areat in ju- absolvitur- ne doloris- veritas in- o, quare- materialis, in- e partem- præcedere- Satisfactio- catorum, que

non est sensibilis, ergo &c. Probatur Minor; quia dolor debet reddi sensibilis per Confessionem; porro Confessio non potest reddere dolorem sensibilem, ex quo nullo modo tanquam effectus procedit.

Adde tertium argumentum Bonæ Spei disp. 5. n. 13. & 14. Contritio Absolutionem sacramentalem præcedere debet, eò quòd hæc sit per modum iudicii reconciliativi ..... ergo similiter Contritio Confessionem sacramentalem præcedere debet, eò quòd hæc sit per modum accusationis reconciliativæ, ut à pari sequitur ..... Confirmatur; quia si Confessio sit sufficienter reconciliativa ratione doloris statim subsequenti: Absolutio erit similiter sufficienter reconciliativa ratione doloris statim subsequenti; sed consequens est falsum, ut omnes fatentur, ne alioquin absolvetur & Deo reconcilietur reus actu impenitens; ergo & illud unde sequitur. Quid autem ad hæc respondeant Adversarii nostri nondum vidi. Hec ille.

Tertium argumentum Bonæ Spei.

99. Respondetur ad 3. articulum.

Sed, pace tuâ Bonæ Spei, quis quæso Adversarius tuus? An fortè Cardinalis Lego? Aut ipse fundat suam sententiam in praxi recepta Confessariorum, quam tu admittis, ut patet ex n. 16. ubi sic scribis: Respondeo, Confessarium talem Confessionem, sine dolore factam, iteratò non imponere; quia adhuc virtualiter perseverat, dum dolor elicitur, & hanc putat sufficere; quidquid sit de ipsa, quatenus omnem dolorem præcessit: undè manifestum est ex nostrâ resolutione nil contra praxim sequi. Hec tu. Quis ergo tuus Adversarius? Nondum aliquem vidi.

Vis autem videre, quid possit responderi ad tuum argumentum? Negatur Consequentia; disparitas, quia Absolutio sacramentalis ipsa est actualis reconciliatio cum Deo. Nunquid etiam Confessio sacramentalis? Clarum est quòd non; sed dicitur reconciliativa, quia prærequiritur ad reconciliationem; ergo sufficit quòd tunc sit dolorosa, quando profertur Absolutio; ergo à pari hic nihil sequitur.

Ex quo patet responsio ad Confirmationem; nam etsi Confessio foret sufficienter reconciliativa ratione doloris statim subsequenti; haud equidem propterea absolveretur aut Deo reconciliaretur reus actu impenitens, cum Confessio, ut jam dixi, non sit ipsa reconciliatio; sed aliquid præviè requisitum ad reconciliationem. Absolutio autem cum ipsa sit reconciliatio, seu signum externum reconcilians hoc ipso quo est; patet, quia reconciliaretur Deo reus actu impenitens, nisi dolor saltem concomitaretur. Atque hæc de tertio argumento.

100. Responsio ad 1. argumentum ex Suario.

Ad primum patet responsio ex verbis Suarez supra allegatis: Licet tota prior narratio &c. Nec video quid replicari possit, quando expressè pœnitens postulat Absolutionem à

peccatis confessis, dicens, *Doleo & capio absolvi*. Et illa est ipsissima doctrina Regii, qui non postulat veratam explicationem singularum peccatorum, sed per viam compenitenti, hinc verbis: *Doleo de peccatis narratis, & capio ad hæc absolvi*. Quod videtur Suarez nihilominus dicens: Et ut sic informata, subjicitur Clavibus ab ipsomet pœnitente, postulante vel (id est, &c.) expectante Absolutionem. Quomodo enim potest subjicere peccata sua Clavibus, & postulare Absolutionem, nisi istis aut similibus verbis, vel signis æquipollentibus?

Atque indubiè hic modus confitendi in illis circumstantiis maxime est considerandus, & planè sufficiens; cum per istum præcedens narratio fiat vera accusatio; & dolor internus fiat externus & sensibilis, ut clarum est.

Sed quid si pœnitens, statim post dolorem internum elicitum, privetur usu rationis, nomquid valebit ejus Absolutio? Exillimo quòd Suario de hoc casu non egerit. Interim non videtur valor hujusmodi Absolutionis omnino improbabilis.

Et respondeo ad primum argumentum, vera accusatio debet procedere ex perfecto & absoluto odio delicti, nego; ex aliquo odio & desiderio correctionis, concedo. Sed hoc odium in casu nostro invenitur, quando videlicet, quis seriò, & non omnino fictè confitetur, id est, cum animo obtinendi Absolutionem, per consequens cum animo postmodum elicendi Contritionem.

Ad secundum argumentum dico in primis, ad veritatem hujus Sacramenti sufficere sensibilitatem Absolutionis; cum sola Absolutio, juxta principia Scoti, sit tota essentia Sacramenti. Secundò; Confessio in ordine ad Absolutionem, significat desiderium efficacis veniam obtinendi; ergo significat quòd confitens vel antè doluerit, vel postea dolebit; cum hic dolor sit omnino necessarius ad veniam obtinendam.

Itaque dolor subsequens, sensibilis sit per Confessionem præcedentem, quæ illum significabat, vel ut præsentem, vel ut præteritum, vel ut futurum. Simili modo quo Satisfactio merè interna, subsequens Absolutionem, redditur sensibilis per impositionem Sacerdotis, & acceptationem pœnitentis; non enim est minor obligatio habendi dolorem, quàm implendi Satisfactionem.

Si inferas, ergo pœnitens qui non cogitabat de dolore, quando confitebatur, fuit mendax. Resp. neg. Conf. ad mendacium quippe propriè dictum requiritur, quòd ponatur signum aliquod per modum locutionis, significans objectum, quod re ipsa loquens non credit esse verum; jam autem Confessio non est locutio, quæ pœnitens dicit: *Ego doleo*, vel, *Ego dolebo*; sed, *Ego peccavi*; quamquam alioquin sit signum doloris propter connexionem,

mem, quam habet dolor cum valido Sacramento, quod confitens significat se velle suscipere; quæ utique voluntas validi Sacramenti, si non explicita, saltem est implicita voluntas Contritionis; necessariæ ad valorem Sacramenti.

Negamus itaque dolorem non posse significari per Confessionem, nisi ut causa per suum effectum. Neque enim debet Confessio esse dolorosa per dolorem influentem, utpote qui satis diu antea potuit fuisse elicitus; sed per concomitantem, prævium, aut subsequentem, dummodo aliquo modo ad eam referatur, ac morale cum eo habeat connexionem; ut edictio Conclusionis sequenti, his tamen prænotatis.

Primò, quòd in praxi valde sit periculosum, distingere dolorem ad finem Confessionis; facile enim potest vel oblitio, vel distractio aliqua accidere, ob quam negligetur ille dolor, & fiat irritum Sacramentum. Potest item contingere, ut Sacerdos, etiam distractus & oblitus hortandi hominem ad eum dolorem, aut fortè nequidem dans tempus pro illo, proferat statim verba Absolutionis; id quod maximè evenire potest, quando est magnus concursus pœnitentium, & Confessarii volunt se citò expedire. Unde omnino suadendum est, semper dolorem præmittere, quidquid sit de valore Confessionis, quando tantùm sequitur. Ita Arriaga supra n. 7.

Secundò, in praxi est valde periculosum, distingere dolorem usque ad finem Absolutionis. Nam est realis concomitantia sufficeret ad valorem Sacramenti (ut existimat Petrus Marchantius tom. 1. Tribun. tract. 4. tit. 2. q. 8. concl. 2. quæ talis est: Omnis dolor & Contritio sive Atritio, excitata usque ad ultimum instans pronuntiationis verborum, Absolvo te; est sufficiens ad elevandam Confessionem, prius Confessario in hoc tribunali æqualiter factam; ut fiat sacramentalis, & ut pœnitens effectum Sacramenti consequatur) equidem cum non sit morale pœnitenti eam agnoscere; cum enim attendit ad tempus, quo verba proferuntur, impeditur valde à dolore, qui requirit & attentionem & conatum magnum, facile præcederet Absolutio, fieretque irritum Sacramentum.

Potèr concomitantiam illam sufficere probat Marchantius supra; quia ista Contritio sive dolor moraliter retrahitur ad Confessionem jam factam; & illam quasi repetit, & reproducit, ita ut virtualiter in genere causæ moralis illam præsentem faciat.

Sed contra; accusatio quæ talis (inquit Arriaga supra) debet omnino præcedere sententiam; jam autem dixi, Confessionem constitui in ratione accusationis per eum dolorem; debet etiam ea dispositio movere Iudicem ad dandam Absolutionem; ergo debet esse prior.

Hæc ille. Confirmatur ex judiciis humanis, in quibus accusatio semper tempore præcedit sententiam; non solum perfectam, sed etiam inchoatam.

Accedat argumentum Bonæ Spei. Cùm (dolor) sit pars materiæ, ad quam Absolutio se habet per modum formæ, sitque de ratione causæ materialis, ut talis, formam suam præcedere, id in praxi tutum non puto, quia quod formam concomitatur, non habet rationem causæ materialis illius, ut patet in visione, quæ cum displicentia homicidium committi video; quæ hujus malitiæ non informatur, ut omnes fatentur; unde Absolutio illam ut materiam non informaret, nec proinde esset reconciliativa, ut patet; ergo &c. Hucusque Bonæ Spei disp. 5. n. 16.

Sed nunquid, interrogat quispiam, hoc argumentum apodicticum aut palmare? Non puto. Nam in primis quæro; ob forma Baptismi ablutioem concomitantem informaret ut materiam? Omnes fatentur formam Baptismi informare ablutioem etiam subsequentem.

Deinde: visio, quæ cum complacentia homicidium committi video, informatur hujus malitiæ? Si non, ut quid apponitur illa particula: Cum displicentia? Si informatur, aut saltem ipsa complacentia informatur, nunquid & hæc concomitatur homicidium, quod committi video? Non est dubium. Quid ergo illa visio ad propositum? Neque enim excusatur à malitia homicidii, quia concomitans; sed, quia cum displicentia.

Interim existimo, ad minus dubium esse valorem Absolutionis, quam non præcedit, sed tantùm concomitatur dolor, & ideo in praxi omnino dissuadendam dilationem doloris usque ad finem Absolutionis.

Nunc videamus, an sit necessaria aliqua relatio doloris ad confessionem, & moralis saltem connexio cum illa, ad hoc ut Sacramentum valeat. Hæc est communis sententia:

CONCLUSIO V.

Necessè est ut dolor sacramentalis aliquo modo referatur ad Confessionem, ac moralem cum ea habeat connexionem.

Sarez disp. 20. sect. 4. n. 29. tres, vel (ut Sallis placet) duos assignat modos hujus relationis. Quoties, inquit, quis peccata recogitat, & de iis dolet, ut ea confiteatur; vel quoties quis præbet signum sui doloris in ordine ad Confessionem faciendam, seu

R r r Absolu-

Item Bonæ Spei.

107. Rejicitur argumentum Bonæ Spei.

108. Diversi modi, quibus dolor potest referri ad Confessionem ex Sarezio.

Abolutionem obtinendam; ac denique quoties quis dolet de peccatis, cum expresso proposito illa confitendi, ex cuius virtute postea Confessionem facit. Et illicò subiungit: Quilibet ex his modis sufficit ad veram accusationem; aliqua verò huiusmodi relatio necessaria est, quia intentio Sacramenti, & partium eius in ordine ad constitutionem illius, necessaria est ad Sacramentum conficiendum. Hæc ille.

**Primus & tertius sufficiunt.**  
E quidem sufficere primum modum, nemo dubitat; uti & tertium, si verè distinctus est à primo, de quo dubitat Arriaga disp. 37. n. 16. sed res parvi est momenti, ideo non inmoror.

**109. De secundo disputatur.**  
De secundo modo est tota disputatio inter Doctores. Ut autem res clariùs proponatur, certum esse debet, dolorem sacramentalem posse tempore antecedere Confessionem, quamvis id non sit necessarium ex Conclusionem præced. Neque dubitandum est, sæpè contingere, ut in actuali Confessione ita homo attendat ad explicationem peccatorum, ut nullum tunc internum dolorem actu exerceat: Item potest accidere, ut dum Absolutio conceditur, nullus iteretur dolor, vel ob naturalem distractionem, vel ob aliam causam. Sed nunquid talis Absolutio valida est?

Respondeo; indubiè valida est, si dolor præcedens moraliter coniungatur isti Confessioni, & virtute suâ eam informet, ita ut ab illo dolore possit, & debeat dici Confessio dolorosa; alioquin non erit vera confessio, & per consequens erit invalidum Sacramentum.

**Quid requiratur ad moralem conjunctionem doloris prævit cum Confessione?**  
Et amabo, inquis, quid requiritur ad moralem istam conjunctionem & informationem? An fortè necessarium est, ut ille dolor processerit ex intentione formali vel virtuali confitendi, vel suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ, quemadmodum ablutio v. g. ut sit vera materia Baptismi, debet procedere ex intentione formali vel virtuali conficiendi Sacramentum? Sic docet Bonacina de Pœnitentiâ disput. 5. qu. 3. p. 2. nu. 17. & alii non pauci; estque in praxi securius & consulendum.

**110. Sufficere 2. modum putat Lugo, & probat 1. ex Conc. Trid.**  
Nihilominus oppositum placet Lugo in disput. 14. n. 37. videlicet sufficere secundum modum supra à Suario assignatum. Et probat primò ex Concilio Trident. sess. 14. c. 4. ubi de dolore in universum dicitur, præparare hominem, post Baptismi lapsum, ad recuperandam divinam gratiam, & remissionem peccati obtinendam, si cum fiducia divine misericordiæ, & voto præstandi reliqua, coniunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Item additur: Attritionem, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, esse donum Dei, quo pœnitens, licèt non extra Sacramentum, in Sacramento tamen Pœ-

nitentiæ ad Dei gratiam impetrandam disponitur.

Quæ omnia verificantur in casu nostro; nam si Attritio habeatur ex metu gehennæ, vel ex alio sufficienti motivo, & postea homo ad impetrandam Dei gratiam velit confiteri, & absolvatur, concurrunt omnia, quæ à Concilio petuntur, scilicet dolor de peccatis, votum præstandi omnia, quæ requiruntur ad Sacramentum Pœnitentiæ (hoc enim votum continetur implicite in qualibet Attritione, quatenus in ea includitur propositum servandi omnia præcepta) rursus adest actus excludens voluntatem peccandi, cum spe veniæ; ergo &c. Hucusque Eminentissimus n. 38.

Sed displicet Dicailloni disput. 6. n. 172. ubi sic ait; Propositum servandi omnia præcepta, quod dicitur includi in Attritione, est actus ipse excludens voluntatem peccandi; ergo non est aliquid, quod rursus adest.

Mera profectò cavillatio, orta ex malo intellectu illius particulae, rursus. Non disputat hic Cardinalis, an præter Attritionem requiratur formale propositum non peccandi de cætero; sed an illa Attritio, quæ non procedit ex formali aut virtuali intentione confitendi, sit, aut saltem esse possit actus excludens voluntatem peccandi, cum spe veniæ. Unde ly rursus, non est idem, quòd ly præter, sed ponitur pro ly item, seu, secundo: nam duo assumpserat ex Tridentino, & conatur ostendere, utrumque competere isti dolori, qui non procedit ex formali aut virtuali intentione confitendi.

Præterea arguit Dicailloni n. 173. Ex ipso Tridentino constat, illam Attritionem debere esse in Sacramento, ait enim: Ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponitur. Debet ergo Attritio esse in Sacramento, maximè cum sit pars intrinsecè componentis, & pars debeat esse in toto. Adversarij verò contendunt, Attritionem non posse esse talem partem, nisi proveniat ex formali aut virtuali intentione confitendi. Probandum ergo contra ipsos, quòd Attritio, non procedens ex tali intentione, possit esse pars: id tamen in verbis Tridentini non habetur.

Respondeo: ubi Concilium Trid. docet, quòd Attritio sit pars intrinsecè componentis? Quædo hoc probaverit nobis Dicailloni, tunc probabimus ei, quòd Attritio, non procedens ex formali aut virtuali intentione confitendi, possit esse talis pars. Deinde quæro; rectè dicere: Attritio ad Dei gratiam in Sacramento Baptismi impetrandam disponit? Nemo dubitat. Num inde bene inferatur: ergo Attritio debet esse in Sacramento Baptismi? Constat quòd non. Ergo ex illo loco Tridentini non constat, illam Attritionem debere esse in Sacramento. Quidni ergo sufficiat relatio consequens? Hic

Hic videtur esse communis sensus fidelium qui si moventur ad dolorem v. g. ex con-  
fessione, & postea ex desiderio venia cogitent de  
Confessione, & confiteantur, putant se opti-  
mè esse dispositos ad Absolutionem, tunc ta-  
men dolor non processit ex desiderio Con-  
fessionis, nec ordinatus fuit ad illam rela-  
tione aliquà antecedente, sed consequentes  
quæ, inquit Lugo supra n. 39. licet fuerit  
paulo post ipsum dolorem, hoc parum in-  
terest. Idem enim esset, si tribus vel pluri-  
bus horis post dolorem homo recordaretur  
Confessionis, & eam procuraret; quia adhuc  
verum esset, Confessionem illam fieri à pœni-  
tente, cum vero dolore, & dolorem signifi-  
ficari per ipsam Confessionem (quod solum  
petebat Suarez) ergo licet in ipso dolore ho-  
mo non recordaretur Confessionis; poterit  
postea uti illo dolore ad obtinendum Absolu-  
tionem, sicut ad Baptismum. Hæc ille.

Sed neque hæc probatio placet Dicastillo-  
ni; quamvis admittat n. 175. totum, quod  
assumit, esse verum, & totum, quod inde in-  
fert, esse verissimum. Nam, inquit, si dolor  
præcedens excitat desiderium venia; & inde  
oritur voluntas procurandæ Confessionis ad  
destruendum peccatum; illa ipsa voluntas, &  
intentio destruendi peccatum per tale medium,  
involvit odium & detestationem peccati; ideo  
enim vult illud destruere, quia illud detesta-  
tur & odit, eique displicet. Et infra: Sentiat  
ergo communis sensus fidelium valere Confes-  
sionem, certè id non fiet, quin adsit dolor seu  
displicentia, ut tunc aliquo modo præsens, &  
ordinata, & non solum ut præcedens. Ita Di-  
castillo.

Vis autem scire, quid de hac re sentiat He-  
rinck? Sic ait disp. 1. n. 20. Quod ad praxim at-  
tinet, non videtur sollicitè ambigendum de  
hac relatione, dum constat de dolore: quia  
estis postquam cœpit elici, referatur ad Sa-  
cramentum; tamen dum refertur, ordinariè  
adhuc durat, aut renovatur, sicque ipse quæ  
continuatur, aut innovatur, satis refertur ante-  
cedenter ad Sacramentum; ut taceam, in dolore  
de mortalibus non confessis, involvi necessariò  
propositum hujus Sacramenti. Hæc ille.

Verum cum dicat, Ordinariè, quæro ego,  
quid si extraordinariè nec duret, nec renove-  
tur? Sufficere videtur (inquit idem Auctor  
n. 19.) quòd dolor hic adhibeatur, quantum  
satis est ad debite instruendum Tribunal;  
quod sufficienter instrui appareat, si dolor ad-  
sit, & Confessio sequatur, exinde omnino fu-  
tura dolorosa sui accusatio. Ita ipse explicat  
sententiam Lugonis, continuò subjungens: Et  
consonare videtur sensus fidelium, qui omni-  
no putant se sufficienter dispositos, si ex con-  
fessione dolorem de peccatis concipiant, & inde  
incipiant ulterius cogitare de Confessione, ad  
quam tamen dolor iste non videtur antece-

derent fuisse relatus, sed consequenter. Nec  
credunt dispositionem suam contineri in  
subsequenti voluntate confitendi, sed po-  
tius in priori expresso dolore. Hucusque He-  
rinck.

Illam ergo probatio Lugonis non est omni-  
no contemnenda; licet existimem, non esse  
omnimodam paritatem inter dolorem, qui  
requiritur ad effectum Baptismi, & dolorem,  
qui est quasi materia Pœnitentiæ, & requiri-  
tur ad valorem Sacramenti. Dico, *Omnimo-  
dam paritatem*; quia in hoc conveniunt, quòd  
neuter sit actio ministrum, sed suscipientis Sa-  
cramentum; jam autem in ministro requiritur  
intentio actualis, aut saltem virtualis; in sus-  
cipiente autem Sacramentum sufficit intentio  
habitualis.

Et ideo non bene argumentantur Adversa-  
rii dicentes: Ablutionem, factam sine inten-  
tione formali vel virtuali Sacramenti, non  
posset quis postea referre ad confessionem Ba-  
ptismi, etiam si formam legitimam; cum de-  
bita intentione proferret, & sic de materiis  
aliorum Sacramentorum; ergo nec materiam  
Sacramenti Pœnitentiæ.

Non valet, inquam, hoc argumentum, præ-  
sertim in sententia Scoti, quæ docet, solam  
formam esse totam essentiam Sacramenti Pœ-  
nitentiæ; nimis enim manifesta est disparitas;  
nam ablutio, & similes materiæ; sunt partes  
essentiales & intrinsecè componentes; quid  
ergo mirum, si debeant à ministro poni eadem  
intentione, quæ totum Sacramentum? At  
verò dolor seu Contritio solummodo est ma-  
teria extrinseca, & non vera pars essentialis;  
sed tantum conditio sine qua non, seu quid-  
piam prærequisitum ad valorem Sacramenti;  
nil ergo mirandum, si ex parte suscipientis  
Sacramentum, sufficiat intentio consequens.

Ex quo corrumpit responsio Dicastillonis su-  
pra n. 184. Quamvis, inquit, pœnitens non  
dicatur minister Christi, qui dicitur liberare  
& absolvere nomine Christi à peccatis, ope-  
ratur nihilominus aliquid essentialis Sacramen-  
ti, & talis operatio est sacramentalis pars. Unde  
si Ordinatio Sacerdotis fiat more lætino, per  
traditionem materiæ, & acceptationem ejus-  
dem, tunc sicut traditio ab ordinante debet  
fieri ex intentione formali vel virtuali ante-  
cedente, sic etiam acceptio seu acceptatio de-  
bet tali intentione fieri à suscipiente, alioquin  
non fiet Sacramentum. Nec assignabis mihi  
aliquid aliud Sacramentum, in quo ad illius  
essentiam constituendam requiratur actio (sive  
talis actio proveniat à ministro, sive à susci-  
piente) & non etiam requiratur intentio, ex  
qua talis actio procedat. Hucusque Dica-  
stillo.

Sed, sicut dixi, corrumpit hæc doctrina, si vera  
est sententia Scoti, videlicet dolorem non  
esse partem sacramentalem.

R t r 2 Deinde

115.  
Non est  
omnimoda  
paritas inter  
dolorem  
baptisma-  
lem & pœni-  
tentiælem.

Reicitur  
aliquod argu-  
mentum  
adversario-  
rum.

116.  
Evasio Dic-  
castillonis  
precluditur.

117. Non requiritur alia intentio in suscipiente Ordinationem more Latino, quàm more Greco.

Sufficit habitualis.

Contrarium asserit Dicastillo.

118. Contactus physicus instrumentorum probabiliter non est actio sacramentalis.

Infans potest valide ordinari.

Sacramentum habet eadem partes essentielles respectu pueri, & adulti.

119. Potuisset Christus

Deinde quod attinet ad Ordinationem Sacerdotis, arbitror, non aliam intentionem requiri in suscipiente illud Sacramentum more Latino, per porrectionem (ut ait Florent. in Decreto Eugenii) *calicis cum vino, & patena cum pane*, quàm dum confertur more Greco, per manuum impositionem, ut puta intentionem saltem habituales suscipiendi Sacramentum, similem illi, quæ requiritur in adulto ad validam susceptionem Baptismi, Confirmationis, & aliorum Sacramentorum.

Contrarium asserit Dicastillo supra n. 185. ibi: Si quando quis ordinatur Sacerdos Latino more, tangendo & acceptando externam actionem materiam, si ille tactus & acceptio, quam ex parte sua præstat, fieret absque ulla explicita vel implicita intentione, ordinandi illam actionem ad Sacramentum, quamvis alioquin haberet voluntatem accipiendi effectum gratiæ, potestatis, & characteris, non fieret Sacramentum, ex defectu intentionis requisitæ in actione illa. Ita hic Auctor.

Sed contra; probabiliter, ut dicemus proprio loco, contactus physicus instrumentorum non est actio sacramentalis; quia sine illo valeret Sacramentum; nam Concilium Florentinum pro materia Ordinationis statuit porrectionem calicis cum vino &c. Hæc autem quanta quanta est, tenet se ex parte solius Episcopi; si ergo requiritur contactus physicus rei porrectæ (sicuti revera requiritur, saltem ex præcepto Ecclesiæ) non ob aliam causam, quàm ut suscipiens aliquo signo externo significet, se acceptare potestatem, quam Episcopus per illam porrectionem intendit ipsi conferre. Porro quòd non sufficiat acceptatio interna ad valorem Sacramenti, unde constat?

Et verò infans nonne potest valide ordinari, estò sit incapax acceptationis internæ? Putas autem, voluisse Christum instituere in hoc Sacramento aliquam actionem sacramentalem non humanam, ut esset contactus physicus pueri? Sanè in nullo alio Sacramento talis actio invenitur instituta.

Si autem in puero contactus physicus instrumentorum non est actio sacramentalis, neque erit in adulto; quippe Sacramentum semper & ubique debet habere suas partes essentielles, cum nihil aliud sit, quàm suæ partes essentielles; nec ipsam Ecclesia significat, ali-quod Sacramentum, quòd cum tandem sit, habere alias partes essentielles, id est, habere aliam materiam & formam respectu pueri, quàm respectu adulti; sola inter ipsos differentia est, quòd Sacramenta non valeant adultis, nisi ipsis consentientibus, saltem implicitè & habitualiter; parvulis autem valeant absque ullo consensu.

Neque hæc differentia fundatur in natura rei, sed in sola voluntate; in tantum, ut, si

Deus voluisset, potuisset adultis non consentientibus, immo positivè invitis, non tantum conferre gratiam, sed etiam omnem potestatem, quam de facto confert per Sacramenta consentientibus.

Nonne potestas validè baptizandi conferretur à Christo omni homini viatori? Et quis est, qui requirit consensum recipientis? An non validè confertur potestas jurisdictionis ad absolvendam à peccatis invito Sacerdoti, ita ut eà possit uti, si velit? Similiter potestas absolvendi à censuris? Cur ergo Christus, si voluisset, non potuisset invito conferre Potestatem Ordinis & Characteris? Potuisset omnino. Cur autem noluerit, penes ipsam est.

Quidquid ergo sit de Sacramento Ordinationis, & gratis admisso, quòd contactus physicus sit actio sacramentalis, tanquam complementum actionis ministri Ordinantis (sicuti ablutio passiva est complementum actionis activæ) adeoque fieri debeat ex intentione ordinandi talem actionem ad Sacramentum; nunquid evidenter inde sequitur; ergo etiam dolor seu Contritio sacramentalis debet antecedenter ordinari ad Sacramentum Penitentia?

Minimè; quoniam dolor non est complementum actionis ministri, sed aliquid essentialiter prærequisitum ad actionem ministri, sicuti benedictio Chrismatis est actio, essentialiter prærequisita ad actionem Episcopi conficiendis Sacramentum Confirmationis, & consecratio panis actio essentialiter prærequisita ad actionem Sacerdotis, consecratis Eucharistiam; cum hac differentia, quòd due ultimæ actiones non necessarîo proveniant ab ipso suscipiente, secus dolor seu Contritio.

Veluti ergo benedictio Chrismatis, aut consecratio panis, non debet fieri ex intentione ordinandi talem actionem ad Sacramentum; sed sufficit, ut Unctio cum Chrismate, aut Consecratio panis fiat ex illa intentione; sic pari ratione non requiritur, ut dolor fiat ex intentione Sacramenti; sed sufficit, ut sic fiat Absolutio.

Si inferas: ergo nulla requiritur relatio doloris ad Confessionem, nequidem sublequens, quia, nulla talis relatio requiritur ad benedictionem Chrismatis, aut consecrationem panis, ut Chrisma, aut panis sit materia essentialis Sacramenti.

Resp. neg. Conf. Rationem disparitatis dicitur, quia panis est res permanens, & exilens physicè tempore Consecrationis, similiter Chrisma benedictum; dolor autem est actus transiens, qui sæpissimè non existit physicè, quando fit Confessio, aut datur Absolutio. Cum autem sit pars materialis proxima, idque necessaria, ut narratio peccatorum sit vera & sacramentalis Confessio, omnino oportet, ut saltem moraliter sit præsens, ac moralem cum

cum ea habeat connexionem; quod fieri non potest, nisi aliquo modo ad eam referatur, saltem relatione consequente, id est, ut Confessio procedat ex iplo dolore, in ordine ad Absolutionem obtinendam.

Immo hic modus procedendi à dolore ad Confessionem, videtur Aliquibus magis conaturalis, quàm è converso: sic enim in iudicio humano, ex displicitia delicti oritur accusatio, & non è contrà, ex accusatione displicitia. Certum quoque est, quòd magis moveat ad veniam impetrandam, dolor, qui procedit ex solo odio delicti, quàm qui oritur ex motivo veniæ: tantò quippe purior est dolor, quantò magis spectat offensam Dei; quæ puritas non habetur, quando imperatur ex desiderio Sacramenti, cum jam Sacramentum habeat pro motivo, saltem extrinseco.

Sed quidquid sit de hoc modo procedendi, siue dixeris magis conaturalem siue minus conaturalem, ad hoc non pender veritas Conclusionis. Et verè iudico cum Dicastillonè supra n. 180. modum procedendi ex intentione finis, id est, Absolutionis à peccatis, ad media necessaria, id est, ad dolorem & Confessionem, si non magis, saltem non minus esse conaturalem.

Neque concludit argumentum à iudicio humano, in quo non est idem accusator & reus; adeòque non mirum, si accusatio non proveniat ex intentione Absolutionis; sed potius ex displicitia delicti, cuius punitionem intendit accusator; præsertim cum accusatio vera foret, etsi procederet tantum ex odio ipsius personæ, & non ipsius delicti. Sin autem displicitia delicti in iudicio humano foret medium necessarium ad obtinendam sententiam, uti est medium necessarium ad Absolutionem sacramentalem, dico, quòd tunc valde conaturaliter ex intentione sententiæ, tanquam finis, procederetur ad displicitiam peccati, tanquam medium.

Igitur conaturalitas modi procedendi à dolore ad Confessionem, valde parum probat; nam eà non obstante, potuit Christus requirere dolorem, procedentem ab intentione Absolutionis; & autem requisiverit, hoc est, quod queritur.

Porro non requisivisse, probant Aliqui exemplo Satisfactionis sacramentalis, quæ talis est sine expressa ordinatione ad Sacramentum. Siquidem, ut multi docent, non debet fieri opus impositum quàm tale, id est, quàm præceptum vel impositum à Confessario; sed sufficit libera impletio operis in iuncti quoad substantiam, sicut in aliis præceptis.

Et quamvis in ea requireretur expressi huiusmodi intentio, ratio, inquit Herincx supra, specialis esset, quòd Satisfactio sacramentalis habeat proprium & specialem effectum sacramentalem, scilicet deletionem poenæ. Deinde

dolor sic elicitus, sufficienter elevatur per ministrum, ut sit pars Sacramenti; ex parte autem poenitentis seu suscipientis, sufficere videtur intentio interpretativa, sicut in suscipiente alia Sacramenta, & in moribundo, qui absolvitur ob vitam Christianè transactam, quæ tantum est interpretativa Confessio. Ceterum autem in tali dolore esse interpretativa quædam relatio ad Absolutionem sacramentalem, quando non excluditur. Quare hæc doctrina videtur satis fundata. Hactenus Herincx.

Sed quantum ad Satisfactionem sacramentalem, non est planè certum, quòd valeat ablatio expressa intentione satisfaciendi. Atque ut omnino certum esset valere, disparitas est, quòd Satisfactio sit pars integralis subsequens, essentiam Sacramenti in facto esse; quæ proinde sufficienter elevatur ad causandum effectum sacramentalem, per præceptum Confessarii, & formam Absolutionis; id est, per ipsam essentiam Sacramenti, quam sequitur. Porro Contritio est pars quasi essentialis, præcedens essentiam in facto esse, adeòque non videtur sufficienter posse elevari per ministrum, ut sit pars Sacramenti; nam minister non agit, nisi per formam Absolutionis, hæc autem præsupponit dolorem; tanquam partem Sacramenti, eo modo quo pars est; sicuti præsupponit Confessionem in ratione partis; & non facit eam partem, nisi simili modo, quo forma Baptismi facit seu elevat ablutionem, ut sit pars Sacramenti Baptismi. Putas autem, quia narratio peccatorum sine ordine ad Absolutionem, sufficienter elevatur per ministrum, ut sit pars Sacramenti?

Quòd additur de intentione interpretativa, incertum est, an hæc sufficiat in suscipiente alia Sacramenta, & probabilis non sufficit, ut videre poteris disp. 1. sect. 8. concl. 2. præsertim quando potest haberi intentio magis expressa. Atque ut semper sufficeret in illo, qui merè suscipit Sacramentum, siue merè passivè se habet in susceptione Sacramenti; unde constat, quòd etiam sufficiat in illo, qui ex parte sua debet concurrere aliquo modo activè ad collationem Sacramenti?

Quantum ad vitam Christianè transactam, illa potius vocanda est Confessio explicita, quàm interpretativa; neque semper sufficit, sed tunc solum, quando expressa Confessio est impossibilis; ergo ad summum inde sequetur, quòd sufficeret dolor sic elicitus, quando alius dolor est impossibilis, v. g. in moribundo.

Deinde argumentor sic: ut narratio peccatorum sit vera Confessio, sufficiens ad validam Absolutionem, procedere debet ex intentione Absolutionis, etiam cum primùm incipit; alioquin, uno saltem verbo, circa finem Confessio est repetenda; ergo similiter dolor.

125. Distinguen- inter satisf- factionem & dolorem,

126. An intentio interpretativa sufficit in aliis Sacramentis?

Vita Christi siue transacta potius est vocanda Confessio explicita, quàm interpretativa.

127. Obicit sibi Auctor,

Negatur, inquis, Consequentia; & ratio disparitatis assignatur, quòd Confessio debeat esse iudiciaria. Sed contrà; eodem modo dicam, quòd dolor debeat esse iudiciarius, cum aequè essentialiter requiratur ad iudicium Sacramentale, atque Confessio.

128. Hinc melior disparitas est, quòd narratio peccatorum ex se nullum habeat ordinem ad remissionem obtinendam, adeòque indiget relatione extrinsecà ipsius penitentis. At verò dolor de peccatis, de se sufficiens, ut sit pars Sacramenti, excludere debet voluntatem peccandi, cum spe veniæ; ac proinde ex natura sua ordinatur ad remissionem peccatorum obtinendam, seu in iudicio, seu extra iudicium; cum ergo in iudicio non possit obtineri illa remissio absque Confessione, & Absolutione, omnis talis dolor implicite includit propositum Confessionis, & Absolutionis.

Quod maximè verum est, quando peccata sunt mortalia, nondum per Confessionem remissa, respectu quorum Sacramentum Penitentia est omnino necessarium in re, aut saltem in voto. Sin autem fuerint peccata venialia, vel aliàs remissa per Absolutionem, licet respectu eorum Sacramentum non sit omnino necessarium, est tamen valde utile, & remedium certius; quod proinde censetur penitens velle (sicut agrotus censetur velle medicinam tutiorem) nisi positivè illud excludat. Nihil autem simile reperitur in nuda narratione peccatorum, quæ proinde, ut supra dixi, debet fieri ex intentione, saltem habituali, obtinendæ Absolutionem.

129. Et eadem intentio necessaria est à primo verbo essentiali Absolutionis, usque ad ultimum; quemadmodum in Baptismo (& idem est de aliis Sacramentis, excepto Matrimonio) non sufficit habere intentionem tempore ablu-tionis, vel tempore, quo proferuntur hæc verba: *Ego te baptizo*, sed necessaria est pro toto tempore, quo durat materia essentialis, & forma essentialis, sicut in ministro intentio faciendi, quod facit Ecclesia, ita in suscipiente intentio suscipiendi, quod minister vult conferre. Ratio est; quia qui consecratur Deo, non debet invito consecrari; neque minister censetur invito velle conferre aliquam potestatem. Hæc autem ratio non militat pro illo tempore, quo elicitur, vel durat Contritio; quia per illam non consecratur penitens à ministro, nec accipit aliquam potestatem, sed disponit se ad consecrationem seu reconciliationem.

Excepi Matrimonium; quia in contractibus humanis, qualis est Matrimonium, sufficit voluntas moraliter permanens; neque forma ipsius sonat aliquam benedictionem vel consecrationem; nec requirit verba realia, aut formalia, sed sufficiunt verba virtualia; unde

signum externum consensûs, semel exhibitum, acceptari potest; tametsi physicè amplius non existat.

Quæ cum ita sint, liquet profectò, aliquo saltem modo Contritionem referendam esse ad Confessionem, ut & ipsa, & Confessio, sint quasi materia huius Sacramenti. Tali, inquam, modo, ut Confessio dici possit accusatio dolorosa, ad quam denominationem videtur necessaria moralis quædam connexio.

Satis autem conjunguntur moraliter, juxta Lugonem disp. 14. n. 50. si intrà debitum tempus, dolor præcedens significetur per subsequentem Confessionem; sicut etiam in iudicio humano; si aliquis ex odio præcedenti scelerum, & ex desiderio remedii, moveatur prostea ad accusandos sceleratos, sufficienter conjungitur accusatio cum odio præcedenti, in ordine ad accusationem dolorosam. Hæc ille. Verùm quod sit illud tempus debitum non specificat, cum tamen illa specificatio sit valde necessaria pro praxi.

Petrus Marchantius Tract. 4. Tribun. Sacram. tit. 2. q. 8. concl. 3. sic scribit: Non est necesse, quòd Contritio live dolor & detestatio peccatorum formaliter duret tempore Confessionis, & Absolutionis; sed sufficit, ut virtualiter permanere & durare censetur in ordine ad Confessionem, & Absolutionem. Explicat: Joannes aliquo tempore, ut puta ante aut alterà horâ antequam ad Confessionem accederet, se præparavit per examen conscientia & dolorem, eâ intentione, ut ad hoc tribunal & Sacramentum accederet: non est necesse, ut iterum formaliter in se excitet illum dolorem dum accedit; sed sufficit, ut nullum contrarium actum exercuerit; qualis indubiè esset novum peccatum mortale; aut mutatio prioris intentionis.

Quantum autem temporis possit intercedere inter dolorem live detestationem peccatorum, & actuale Confessionem, ad hoc ut virtualiter censetur permanere, prudenti, ait, iudicio moralis æstimandum esse, & ex moralibus circumstantiis. Explicat: Joannes sub noctem, antequam se quieti tradat, examinat conscientiam, & excitat in se debitum dolorem peccatorum eâ intentione, ut citò mediâ nocte, aut summo mane surgat, & occurrenti Sacerdoti confiteri possit: ubi manè confiteretur, censetur (si nocte mentem non mutaverit) præcedens illa detestatio & Contritio virtualiter in Confessione permanere, quia in ordine ad illam est excitata, & aliàs supponitur voluntas integra permanisse. Similiter manè quis se per examen, & detestationem peccatorum præparavit ad hoc Sacramentum, interim non potest habere locum, vel aliis occupationibus impeditur, ita ut non possit ante undecimam, sive non nisi circa meridiem confiteri: ubi tunc confiteretur (si interim, ut supra dixi, mentem non muta-

129. Intentio obtinendi absolutionem, saltem habitualis, debet durare à primo verbo essentiali absolutionis, usque ad ultimum.

vestit, nec in alia mortalia est lapsus) censetur detestatio, & Contritio manet excitata virtute permanere eadem ratione qua supra. Hucusque Marchantius.

Et paucis interjectis, alios duos casus assignat dicens: Joannes ut Confessionem generalem faceret, examine conscientie facto, elicit actum Contritionis sive Attritionis supernaturalis, interim ob causas, plures dies infumit de iudicio Confessarii, singulis diebus Confessionem prosequendo; antequam illam compleat, & Absolutio ei impendatur; etiam si in ista Confessione octo dies impenderet, prima Contritio censetur perdurare virtute, si illam non revocaverit. Ratio est; quia actus aliqui perseverant.

Similiter Petrus volens Jubilaeum lucrari, antequam opera & jejunia per hebdomadam perficiat, examinat conscientiam, & Contritionem elicit, cum intentione ut in Sabbatho vel Dominica, quando communicaturus est, Confessionem faciat; interim per hebdomadam templum visitat, jejunat, operibus requisitis vacat: ratione horum operum, quae sunt prioris intentionis moralia signa, censetur detestatio peccati, in ordine ad propositam Confessionem in Sabbatho vel Dominica faciendam, perdurare. Haec ille.

Quaeris autem, quando censetur nimia intercapedo temporis, ut prior detestatio non videatur dicere ordinem ad Confessionem subsequentem? Respondet idem Auctor: Quando morali aestimatione nil remanet prioris intentionis, in cuius virtute censetur quis agere, utpote quando animus omnino a priori intentione fuit distractus, & aliis mancipatus, nec revera ullum manserit in eo signum ad Confessionem subsequentem.

Explicat: Joannes aliquo pio motu ductus, examinat conscientiam suam, & detestatur peccata, proponens primam opportunitatem confiteri; interim communiter, absque alio speciali conatu, ad alia convertitur; & ei opportunitas contingit post plures dies; illa detestatio praecedens, non videtur sufficiens fuisse ad sequentem Confessionem post plures dies factam; quia nullus est virtualis motus, moraliter in Joanne in ordine ad illam Confessionem permanens, sed tantum per accidens; quia enim opportunitas in singulari proposita non fuit, sed tantum in genere, illa ei contingere per accidens censetur, & non ex proposito, sicut contingere solet eis, qui in Contritione votum sive propositum habuerunt, tempus autem non determinarunt; si post plures dies occasio confitendi occurrat, Contritionem aliquo actu renovare tenentur. Haec tenus Marchantius.

Sed contra; quid si eodem die occasio confitendi occurrat? Quid si sequenti die, dummodo interim communiter, absque alio spe-

ciali conatu ad alia convertantur, nonne Contritionem aliquo actu renovare tenentur? Cum enim opportunitas in singulari proposita non fuerit, sed tantum in genere, illa eis per accidens contingere censetur; & non ex proposito.

Praeterea si Joannes sub noctem ea intentione se quieti tradat, ut summo mane surgat, & offerat Sacrificium Missae, num ubi mane celebrat Missam, censetur (si nocte mentem non mutaverit) praecedens illa intentio virtualiter in Sacrificio permanere, ita ut valeat Sacrificium absque nova intentione?

Quidquid ergo sit de illa permanentia virtuali doloris; dico, sufficere ad moralem connexionem, de qua in Conclusionem, permanentiam habitualemente doloris, sive dolorem habitualiter permanentem, id est, dolorem praeteritum non retractatum vel expressum, vel saltem implicitum per novum peccatum mortale. Ita docet de Scildere in Synopsi Theologica de Sacramentis §. 54. ibi: Elicti potest (dolor sacramentalis) tempore quovis antecedente Absolutionem, dummodo non retractetur: & sic amens in morte absolvendus est, si ante amissionem signa Contritionis adhibuit. Haec ille.

Si vero a me quaeritur; cur potius requiratur virtualis intentio conficiendi Sacramentum, quam virtualis dolor: Respondeo; quia intentio ministris est quasi causa efficiens Sacramenti, sine qua nec materia; nec forma ullum possunt habere effectum; adeoque ad minus virtualiter debet adesse, dum Sacramentum conficitur; at vero dolor, ut dictum est, solum requiritur ex parte suscipientis, idque non per modum cause efficientis, seu alicujus influentis, sed tanquam quid praevium ad ipsum Sacramentum Poenitentiae, quod essentialiter & proprie consistit in sola forma; ac proinde videtur sufficere quod dolor aliquando fuerit, & non sit retractatus; sic enim potest sufficienter Confessionem reddere dolorosam; & aliunde sufficit intentio habitualis suscipiendi Sacramentum, & confessio habitualis; quidni similiter dolor habitualis?

Planè sufficere existimat Arriaga disp. 37. n. 15. ibi: Absolutè ego judicarem, per accidens omnino se habere in hoc puncto moraliam temporis; nam licet in aliis Sacramentis requiratur conjunctio aliqua inter formam, & materiam; quia ipsa forma significat quasi de praesenti materiam: ut cum dico: Ego te baptizo: non enim id verè dicitur de praesenti, si baptizatio ipsa fuit heri: idem in Confirmatione, Ordine &c. At in Sacramento Poenitentiae Absolutio nihil penitus dicit de praesentia actuali Confessionis, & doloris, sed solum: Absolve te a peccatis tuis; subintelligitur autem, quae confessus es; utrum verò Confessio illa sit praesens, nec ne, non dicit ullo modo ea forma.

Resolutio Auctoris, sufficere habitualemente permanentiam doloris.

Scildere.

135. Cur magis requiratur virtualis intentio, quam virtualis dolor.

136. Sententia Arriaga.

Et

ibitum; plius non; aliquo; un esse ad; ffo, sint; inquam; latio do; videtur; juxta; debitor; per sub; in judi; danti fe; eatur; ter con; denti, in; Haec ille; non spe; sit valde; tribun. Sa; it: Not; lor & de; et tempo; et suffic; enfeatur in; sutionem; it pura me; sionem ac; onscientia; oc tribunal; necesse, ut; in dolorem; um contra; te effect no; tio prioris; intercedere; peccatorum; virtualiter; t, iudicio; alibus cit; octem, an; conscient; rent pecca; nocte, aut; Sacerdoti; g, censetur; praecedens; er in Con; d illam est; ras integra; xamen; vit ad hoc; ff habere; estur, ita; e non nisi; confitetur; non muta; verit;

Et sanè cùm in iudiciis humanis sæpè sententia feratur diù post accusationem, & post processum factum, nec constet Christum in hoc puncto quidquam mutasse in hoc Sacramento, non video, cur ea longa præcessio impediat, nisi fortè quia possunt interponi peccata aliqua gravia, quæ moralem illam doloris durationem interrumpant. De hoc autem inconvenienti testis erit ipse pœnitens, qui scire optime poterit, an ea peccata commiserit, nec ne: si enim commisit, tenebitur sine dubio dolorem renovare, si non commisit, habebit locum totus noster discursus. Hæc ille.

Si hæc sententia cuiquam non placeat, rogo ut quisquis ille est, assignet nobis certum tempus, aut certam moralem temporis, quæ absolute impediat connexionem materiæ & formæ in hoc Sacramento, & per consequens validam Absolutionem.

137. **Obiectio.** Dices; si hæc sententia foret vera, sequeretur eundem dolorem, immo eandem Confessionem de iisdem peccatis, posse subservire pluribus Absolutionibus. Respondeo:

### CONCLUSIO VI.

Unus dolor subservire potest duplici Confessioni, maximè de diversis peccatis; probabiliter etiam de iisdem.

138. **L**oquitur Conclusio de dolore moraliter tantùm perseverante; nam si physicè perseveret tempore utriusque Confessionis, non videtur dubitandum de valore utriusque Absolutionis, cùm ille dolor æquivaleret pluribus actibus numero distinctis; sicuti hæc forma Absolutionis: *Ego vos absolvo à peccatis vestris*, æquivaleret pluribus formis numero distinctis, ut omnes habent pro indubitato. Si ergo plura Sacramenta Pœnitentiæ non requirunt pluralitatem physicam formarum, ex quo probatur, quod requirant pluralitatem physicam materialium seu Contritionum? Nonne si Deus reproduceret eandem numero abluentionem, ipsa esset valida materia novi Baptismi? Non est qui ambigat. Quare? Quia æquivaleret distinctæ numero abluenti.

139. **Q**uid si solùm moraliter perseveret; Casus itaque primæ partis Conclusionis, & satis frequens: si quis oblitus fuerit confiteri aliquod peccatum, de quo antea doluit, & datâ Absolutione, meminit illius, quæritur, an debeat elicere novum dolorem, ut validè absolvat. Multi videntur supponere, necessarium esse novum dolorem; aiunt enim quamvis materia remota possit deservire pluribus Sacramentis, non tamen proxima, qualis est Contritio. Sic namque super Hostia jam con-

secrata non licet repetere formam Confessionis, & super eadem abluentione non licet repetere formam Baptismi; ergo nec super eadem Contritionem repetere formam Absolutionis.

Contrarium, inquit Alii, suadet communis praxis Confessoriorum, qui tali casu non solent admonere pœnitentes de renovando dolore, quamvis unus vel alius fortè id faciat. Eadem praxis est in moribundo, qui propter instantis mortis periculum absolvens est; audito uno vel altero peccato, & deinde prosequenda est Confessio de alijs; tunc enim non solet postea cogi ad renovandum dolorem post primam Absolutionem, sed absolvitur secundo ab alijs peccatis, ex vi prioris doloris moraliter permanentis.

Rursus in eo casu, quo aliquis propter peccata reservata dimidiare potest Confessionem, confitendo Superiori sola reservata, qui alia audire non vult, & deinceps inferiori eadem cum alijs; tunc enim, juxta communissimam sententiam, datur duplex Absolutio Sacramentalis supra eandem Confessionem, quæ partim fit cum Superiore, partim cum inferiore. In quo casu nemo dicit, pœnitentem teneri ad habendos duos actus doloris, si prior dolor extendebatur ad peccata reservata, & non reservata. Ergo nec in casu Conclusionis debet repeti dolor, cùm prior se extenderet ad peccatum, cujus oblitus fuit pœnitens in Confessione, & quod additur in secunda reconciliatione. Ita Lugo disp. 14. n. 27.

140. **S**ed contra ultimum casum; perpetim videtur asserere Eminentiissimus, tunc eandem Confessionem fieri Superiori & inferiori, cum nulla omnino sit obligatio confitendi peccata reservata inferiori, quando antecedenter pœnitens ab illis sacramentaliter est absolutus à Superiore. Quidquid sine fundamento asserat Henriquez lib. 6. q. 15. §. 5. ubi sic ait: A solis reservatis per Superiorem absolutus; tenetur certissime confiteri cum cæteris simul prædicta reservata; quia Christus jubet, ut uni Sacerdoti manifestet simul omnia peccata, ex quorum concursu cognitum, pendet rectum iudicium & remedium. Nec inconvenit, sed necesse est ex Christi præcepto, ut reservata interdum non uni tantùm, sed duobus sint manifestanda. Sic in iudicis causa quandoque eget sententiâ inferioris & superioris tribunalis; quare falsò Quidam putant, satis esse confiteri postea inferiori non reservata. Fluctusque Henriquez.

141. **S**ed, ut dixi, planè gratis; immo falsò, si tenent verum est, quod ipse docet §. præced. Superiorem absolvere sacramentaliter à solis peccatis reservatis. *Constat enim (ut verbis Tridentini sess. 14. c. 5.) nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientia sue suavis*

omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliiter offensisse meminerit. Talia autem esse peccata reservata, à quibus poenitens sacramentaliter & directè est absolutus à Superiore, in æternum non credam propter auctoritatem Henrici quæ, & frivolam rationem, quam miror virum tam doctum in illam sententiam pettraxisse.

Fateor, jubet Christus, ut poenitens uni Sacerdoti manifestet simul omnia peccata, ex quorum concursu cognito, pendet rectum iudicium & remedium. Sed nunquid qui semel rectè iudicatus est à Superiore, & ab ipso remedium accepit, rursus de eodem delicto iudicandus est ab inferiore, ab illoque novum remedium accipere debet? An fortè peccata reservata jam directè absoluta, sic immutant peccata non reservata, ut de his inferior non possit rectè iudicare, aut remedium providere poenitenti, nisi illis cognitis?

Et verò ubi Christus præcepit, ut reservata interdu non uni, sed duobus sint manifestanda, supposito quòd ab uno sint directè sacramentaliter absoluta? Noli querere, quia nupiam invenies.

Quantum ad iudicium humanum, causa in superiori tribunali discussa & determinata, nunquam indiget sententiâ inferioris; quare verissimè putant multi, & ego habeo pro re indubitata, satis esse, confiteri postea inferiori non reservata; hoc semper salvo, quòd Superior sacramentaliter & directè absolverit à reservatis; secus si Superior solum abstulisset reservationem peccati, mittendo Poenitentem pro Absolutione ad inferiorem.

An autem stylus Curie Romanæ habeat, ut vult idem Auctor ibidem §. 4. quòd Prælati à solis reservatis, quæ audivit, sacramentaliter absolvat, quando commodè posset omnia audire, & ab omnibus absolvere, multum dubito; quia Christus jubet, ut uni Sacerdoti manifestentur simul omnia peccata, ex quorum concursu cognito, pendet rectum iudicium, & remedium, nisi aliquid obstat. Sed de hoc alibi.

Igitur planè diversa accusatio, quæ fit Superiori de peccatis reservatis, ab illa, quæ fit inferiori de peccatis non reservatis: ac proinde qui in casu Conclusionis requirunt duos actus doloris, consequenter dicent, quòd etiam in hoc casu teneatur poenitens elicere duos actus doloris.

Quod attinet ad primam & secundam partem, utraque incerta est; nam si contrarium aliquando fiat, quis Lugoni revelavit, quòd tantum ab uno vel alio? Præsertim cum sententia contraria magis tuta sit in praxi. Solent autem Confessarii, maxime in periculo mortis, eligere sententiam tutiorem, id est, in qua minus est periculi invaliditatis Sacramenti.

Meliùs ergo probatur Conclusio ex ratione tum negativa, quia nihil est, quod sufficien-

ter probet necessitatem duplicis doloris; non sunt autem multiplicanda obligationes sine sufficienti fundamento; tum potivè, quia ad validam Absolutionem non requiritur nisi Confessio dolorosa; ergo ubi duplex Confessio dolorosa, ibi duplex valida Absolutio; atqui in casu primæ partis Conclusionis, est duplex Confessio dolorosa, estò tantum sit unus dolor moraliter permanens; ergo duplex valida Absolutio.

Probatur subsumptum; quia Poenitens iteratò se accusat de peccato, priùs per oblivionem omisso, & aliundè dolor præteritus physice extendeat se ad hoc peccatum; ergo est iterata accusatio dolorosa. Enimvero si sufficiat dolor, solum moraliter permanens (sicut reverà sufficit) ut primam accusationem constituat dolorosam, eamque eleve ut fiat sacramentalis, quidni etiam ut sic eleve secundam? Non video differentiam.

Differentia, inquis, est; quòd licet eadem materia remota, idem v. g. peccatum, possit deservire pro pluribus Absolutionibus, & ab his informari, sicut patet in materia remota Baptismi, v. g. aqua; secus tamen materia proxima.

Respondeo; materia proxima totalis, concedo; materia proxima partialis, nego. Jam autem Contritio non est materia proxima totalis, sed tantum partialis; totalis verò Confessio dolorosa, quæ duplex erit ratione alterius partis, puta ipsius Confessionis. Sic in multorum sententia, Corpus Christi est materia proxima partialis in Sacramento Eucharistiæ, & tamen idem subst. omnibus consecrationibus, propter multiplicatam specierum, quæ sunt altera pars.

Nec obstat, quòd Christus sit physice actu præsens in secunda hostia, sicut in prima; dolor autem solum moraliter præsens in Confessione; non obstat, inquam, quia neque in prima requiritur realis præsentia doloris, sed secundum omnes sufficit moralis permanentia; ergo etiam in secunda.

Præterea eadem satisfactio, v. g. idem jejunium potest deservire pro materia integrali duplicis Sacramenti Poenitentia; possunt siquidem imponi in Poenitentiam opera aliundè debita; ergo etiam opera debita ex alia Confessione. Cur ergo similiter unicus dolor non possit deservire pro materia quasi essentiali duplicis Sacramenti Poenitentia?

Dices; tale jejunium erit virtualiter duplex, ratione duplicis impositionis, & duplicis obligationis inde resultantis. Respondeo; idem cum proportionem dici potest de dolore, sicut enim jejunium est unicum, & impositio est duplex, ita dolor est unicus, sed significatio duplex, quia duplex Confessio.

Si inferas; ergo etiam eadem Confessio poterit deservire ad duplicem Absolutionem, dummodo dolor sit diversus. Respondeo neg.

143. Objectio

Responsio

Replicata solutio

144. Idem jejunium potest deservire pro materia integrali duplicis Sacramenti

145. Cur eadem Confessio

Confessio... nec super... Absolutio... adet com... ui tali calu... e renovan... ius fortè in... undò, qui... absolven... peccato, &... de alijs;... d renovan... lutionem, ... tatis, ex vi... tatis, ex vi... propter pec... sionem, ... a, qui alia... riori eadem... unissimum... tio Sacra... nem, quæ... um inferio... cententem... ris, si prior... servata, &... conclusionis... extendet... centens in... secunda re... 27. ... perperam... ne eadem... riori, cum... di peccat... denter pec... absolutus a... into allerat... sic ait: A... absolutus; ... teris simul... jubet, ut... a peccata, ... let rectum... venit, sed... reservata... obus sine... quando-... rioris tri... fati esse... ta. Huc... falso, si... ed. Super... solis pec... or verbis... Ecclesia à... m quique... sue finis... omnes

non possit  
deservire ad  
duplicem  
Absolutio-  
nem.

neg. Conf. Ratio disparitatis petenda est ex natura iudicii seu sententiæ, quæ semel validè prolata, non iteratur absque nova accusatione, jam enim Iudex functus est suo munere; adeoque nisi de novo instituat processum, quod non fit per solum dolorem novum, non erit nova sententia, sed antiqua, si quæ est.

Deinde natura doloris talis est, ut per novam Confessionem denuò possit adhiberi, & conjungi cum nova Absolutione; nam Confessio signum est doloris, & non è conversò dolor, qui est actus internus, signum Confessionis; ergo per dolorem novum non significatur antiqua Confessio; adeoque non sufficienter applicatur novæ Absolutioni, ut novum conficiatur Sacramentum. Alioquin si novus dolor foret externus, posset per illum iteratò explicari Confessio antea facta, sufficienter ad accipiendam iteratam Absolutionem. Et quid miramur, cum illa explicatio sit verè nova Confessio?

146.  
Requiritur  
nova imposi-  
tione, ut ead-  
dem Pœnitenti-  
a possit  
deservire  
Sacramen-  
tis.

Quamvis ergo imponi possit eadem Pœnitentia materialiter in diversis Confessionibus; attamen requiritur nova impositio, in tantum, ut jam idem jejunium v. g. debeat ex nova obligatione, idque quia ad novum iudicium requiritur nova sententia, cujus pars integralis, est nova impositio Pœnitentiæ, quamvis non novæ Pœnitentiæ. Consimiliter ergo requiritur nova accusatio; quamvis non novus dolor; nam veluti Satisfactio sacramentalis significatur per sententiam præteritam, sic dolor per Confessionem.

Cui igitur eadem Satisfactio, potest significari per duplicem sententiam, in duplici Sacramento; sic idem dolor per duplicem Confessionem; quia utrobique remanet integrum iudicium, & completus processus judicialis, consistans ex accusatione, testificatione, & sententia.

147.  
Probatu-  
r a  
p. 2. de  
Joan. de  
Cruz.

Atque hæc dicta videntur etiam probare secundam partem Conclusionis, quam docent Petrus Ledesma in Sum. cap. 4. de Sacramento Pœnitentiæ, & Joannes de la Cruz in Direct. Conscien. p. 2. de Sac. Pœnit. q. 1. dub. 6. concl. 2. Nam (inquit hic Auctor) repetitâ solâ Confessione vocali, repetitur materia proxima, etsi non totaliter; & hoc fat est, ut iterum repetatur forma. Et sic patet responsio ad argumentum oppositum; præterquam quod repetitâ Confessione vocali; repetitur saltem virtualiter dolor in ordine ad Confessionem vocalem.

Objectio.

Si arguas, nam etiam fat erit repetere dolorem eorundem peccatorum sine nova Confessione vocali, cum Contritio, sicut & Confessio, sit pars Sacramenti Pœnitentiæ. Ad hoc nego Antecedens; nam etsi Contritio sit absolutè principaliter necessaria in Confessione, tamen Confessio in ratione partis Sacramenti est præcipua; immo Contritio non est pars Sacramenti in ordine ad Confessionem vocalem, cum non sit signum sensibile, nisi in quan-

Solutio.

tum per Confessionem manifestatur; & sic si non repetitur Confessio, non repetitur materia proxima sensibilis. Ita Joannes de la Cruz apud Dianam p. 3. tr. 4. resol. 116.

Porrò Ledesma, teste Dianâ ibidem, sic asserit fol. 217. Dubium est, si sufficiat repetere Confessionem vocalem de iisdem peccatis, ut possit iterari forma; an verò sit necessarium repetere etiam dolorem internum. Videtur esse necessarium, quia materia proxima huius Sacramenti sunt actus pœnitentiæ, Contritio & Confessio; ut igitur fiat nova materia proxima, necessarium est repetere non solum Confessionem de peccatis, sed etiam dolorem internum de illis.

In ista difficultate quidam homines docti discipuli S. Thomæ docent, quod ut repetatur forma super eadem peccata, non sufficiat repetere Confessionem; sed quod sit necessarium repetere dolorem de illis; & non habere de novo, esse peccatum & sacrilegium. Ponamus exemplum in aliquo, qui confessus est furtum, & absolutus est ab illo, ut talis revertatur ad Absolutionem ab eodem furto; non sufficit quod revertatur ad illius Confessionem, & novam faciat Confessionem, sed necessarium est renovare dolorem, nec sufficit perseverare in antiquo dolore, quocum primò confessus est.

In hoc dubio mihi videtur; quod etsi illa sententia relata habeat aliquam probabilitatem, contrarium tamen est magis probabile, & magis commune inter Doctores, illudque sequendum; ita ut si pœnitens revertatur ad Confessionem ejusdem peccati, non renovando dolorem; sed perseverando in antiquo, quocum primò vice confessus fuit, possint illum abolere de novo absque ullo scrupulo. Probatu; quia habitâ novâ Confessione, etsi non varietur dolor interior, variatur materia proxima; ut clarum est. Igitur valde bene poterit absolvi & profertur forma de novo super tali materia proxima, quæ est distincta.

Ex quo facile respondetur ad rationem dubitandi de contraria sententia, dicendo, quod etsi materia proxima sint illa opera pœnitentiæ, Contritio & Confessio, quando variatur una pars, quæ est Confessio, variatur materia proxima, etsi non totaliter, & secundum omnes partes suas. Etiam dici posset, quod etsi perseveret idem dolor, repetendo aliquas Confessiones, eodem modo repetatur dolor, in ordine ad illas, ad minus virtualiter, ut dicunt Theologi. Hæc omnia Ledesma.

Ex quibus, inquit Diana suprà, Confessarii sedabunt multos scrupulos, & præsertim illorum, qui contententur de peccatis venialibus ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali aliàs confessio & absoluto, nam in tali casu, & in tali Confessione, secundum sententiam horum Doctorem, non tenentur elicere novum actum doloris & Contritionis; ego contrarium

teneo cum Henriquez lib. 4. c. 26. n. 7. & Filiucio tom. 1. tract. 6. c. 3. n. 77. debet enim semper adesse novum motivum erubescencie & doloris, quoties quis confitetur, quod videtur probabilius, & tutius. Hec ille.

Enimvero tutius esse elicere novum dolorem, aut certe continuare physicè eundem, nemo est qui ambigat; at verò probabilius esse, quòd hinc novo dolore non valeat secunda Absolutio cum antiquo dolore, moraliter solum perseverante, negat Ledesma supra. Exigit quidem hic Auctor, ut notat Arriaga disp. 37. n. 9. perseverantiam antiqui doloris, sed quòd loquatur de perseverantia physica, ut cum videtur velle intelligere Arriaga, unde constat? Quia, inquis, qui ab eo jam cessavit, est non retractaverit illum, dici non potest propriè perseverare in dolore.

Respondeo; tam propriè, quàm ille, qui peccavit, dicitur perseverare in peccato, quòd ad usque illud retractet; præterquam quòd non requiratur dolor physicè existens ad primam Confessionem; ergo neque perseverantia physica ad secundam, ex sententia Ledesmae, qui solum postulat perseverantiam illius doloris, qui necessarius erat ad primam Confessionem; ergo perseverantiam moralem, cum dolor moraliter tantum existens, non possit nisi moraliter perseverare.

Quantum ad rationem Dianæ, est manifesta petitio principii, si per novum motivum doloris intelligas novum dolorem. Alioquin novus dolor elici potest ex eodem motivo, ut videtur est in Contritione perfecta, quæ licet tenet pro totidem Sacramenti repetatur semper est ex eodem motivo. Dei summè dilecti propter se, & idem est de Attritione respectu sui motivi.

Quæris à me, quid doceat Henriquez? Loco citato sic lego; Quandoque una Contritio ad duo Sacramenta pertinere potest, quorum est pars; ut cum Absolutioni informi supervenit Contritio, quæ removet prohibens, cum ordine simul ad futuram Absolutionem; vel cum semel absolutus, iteratà mox novà Confessione explicat præteritum dolorem, & peccatum oblitum, hic novum effectum gratiæ auctæ videtur recipere, dum absque novo dolore recipit Absolutionem; quia adsunt requisita omnia, scilicet nova Confessio, ut signum peccati, & doloris; nam dolor prior ut in virtute extensus est ad peccata oblita, perinde valet, ac si esset novus dolor de solis oblitis (Ecce prima pars nostræ Conclusionis) At qui novà Confessione repetit peccatum, de quo directè absolutus est, habere debet novum ejusdem peccati dolorem, qui subjiciatur formæ novæ Absolutionis, sicut & novam Confessionem peccati, ut probat piorum hominum usus & con-

suetudo. Ecce contrarium secundæ partis nostræ Conclusionis.

Verùm de hoc usu & consuetudine piorum hominum non satis constat; quia forte nunquam confitentur sola peccata, de quibus directè absoluti sunt, sicque antiquo dolore adhuc moraliter perseverante. Nam scriptum est Prov. 24. v. 16. *Septies cadit iustus* (ita Biblia Valgata, vel, ut legitur Auctor Catene Græcorum, Castigatus collat. 22. cap. 13. & nonnulli Codices manu scripti, *Septies in die cadit iustus*) & quàm facile in eadem peccato, nimis manifestè docet experientia; jam autem illa peccata interrompunt moralem perseverantiam præteriti doloris; cur ergo non cicerent novum? Præsertim cum via illa tutior sit. Non tango, quòd consuetudo sepe oriatur ex ignorantia.

De cætero, juxta nostrâ principia, ad valorem hujus Sacramenti requiritur dolor universalis, id est, extendens se ad omnia peccata, etiam oblita; ergo quæ talis fuit informatus Absolutione, non solum indirectè, sed etiam directè; ut pote directè pars Sacramenti, est ipsa peccata oblita solum sunt indirectè absoluta; quia necdum exteriùs explicata; ergo ex hac parte nulla distinctio inter peccata oblita, & peccata directè absoluta, ut minus hæc, quàm illa, possint validè absolvi sine novo dolore. Et ideo Conclusionem nostram, præter Auctores supra allegatos, docet Arriaga disp. 37. lect. 3. n. 11. & Dicastillo disp. 6. dub. 12. nu. 160. Lugo disput. 14. lect. 3. in eandem propendet dum solvit argumenta adverse partis, & quamvis absolutivè eam non doceat, tamen etiam non audeat eam reprobare.

Restat unica obiectio; videlicet hinc sequi, quòd possit aliquis initio anni habere dolorem de aliquibus peccatis, & in virtute illius doloris non renovati, confiteri singulis diebus toto anno eadem peccata.

Respondeo; hoc non esse magis absurdum, quàm si aliquis post Confessionem, hodie factam, incidens in amentiam, post unum annum desuper absolvat. Differentia tantum est, quòd in calu amentie non sit periculum retractionis præteriti doloris, per mutationem voluntatis, aut subsequens peccatum; quale periculum frequentissimum est in priori casu; & ideo consultissimum est, renovate dolorem, etiam tunc, quando adjungitur mortale aliàs confessum, aut gravius veniale; quia licet id sufficeret ad valorem Sacramenti, non tamen ad evitandum omne peccatum, calu quo aliquod peccatum confitearis, etiam minimum, de quo sufficienter non doles, ut edissero Conclusionis sequenti, quæ talis est:

153. Respondeatur ad usum piorum hominum.

Arriaga, Dicastillo, Lugo.

154. Obiectio.

no. 154. solvitur.

CONCLUSIO VII.

Qui confitetur mortale peccatum, vel unicum veniale, sine debito dolore, peccat mortaliter; secus qui plura venialia, etsi de uno solum doleat.

155. Probatur 1. pars Conclusus quia peccat mortaliter, qui facit Sacramentum invalidum.

Prima pars, nempe: Qui confitetur peccatum mortale, sine debito dolore, peccat mortaliter, est communis propter hanc rationem; quia talis facit Sacramentum Penitentiae esse invalidum; simili modo, quo id facit Sacerdos absolvens à peccato mortali, sine debita iudicatione, qui indubie mortaliter peccat; sicuti mortaliter peccat, qui administrat Sacramentum Ordinis faminae; aut profert verba Consecrationis super solum aquam, aut baptizat in vino &c.

Et quamvis penitens non sit proprie minister Sacramenti, tamen ex parte sua taliter concurrat, ut absque suo concursu, minister nequeat Sacramentum valide ministrare; ergo si non omnino eadem ratio, saltem similis quoad praesens punctum; ut non tangam, quod docui disp. 1. sect. 8. concl. 3. sequentis tenoris: Ad legitimam receptionem Sacramenti requiritur dispositio ad effectum gratiae, alias peccatur sacrilegio mortali, nisi necessitas excuset. Si ille peccat mortaliter, qui tantum impedit effectum Sacramenti, quantum magis qui impedit ejus valorem? Nam effectus praesupponit valorem, adeoque qui impedit valorem, consequenter etiam impedit effectum; quamvis non vice versa, qui impedit effectum, semper impedit valorem.

156. Eadem est probatio 2. partis.

Atque haec ratio videtur etiam convincere secundam partem Conclusionis; nimirum: Qui confitetur unicum peccatum veniale, sine debito dolore, peccat mortaliter. Quippe & hujusmodi confitens facit Sacramentum Penitentiae invalidum, & per consequens impedit omnem prorsus effectum Sacramenti, sicuti baptizatus, qui offert se iterum baptizandum, & famina, quae sub veste virili offert se ordinandam ab Episcopo. Putas autem, quod hi non peccarent mortaliter?

Planè, inquis, peccarent mortaliter; sed disparitas est, quod hi faciant Sacramentum irritum in materia gravi, ut puta regeneratione ex aqua & Spiritu sancto, per quam confertur remissio omnis culpae & poenae, & imprimatur character; uti etiam imprimatur per Sacramentum Ordinis, quo confertur specialis potestas in Ecclesia Dei. At verò remissio peccati venialis materia levis est, in qua fru-

strare Sacramentum Penitentiae, non est culpa gravis.

Primo; quia cum aliquis confitetur plura venialia, si non dolet de omnibus, sed de aliquibus tantum, non peccat mortaliter; & tamen frustrat Absolutionem sacramentalem ab aliquo effectu partiali. Secundo; quia Cajetanus & Alii censent; Sacramentum Eucharistiae non confert gratiam, nisi cum actuali attentione accipitur; & tamen non erit peccatum mortale carere illa attentione actuali. Tertio; quia non est culpa mortalis, non implere Penitentiam leviem, impositam ob peccata venialia, licet idcirco Sacramentum quoad illam partem maneat imperfectum; & frustretur effectus. Quarto; quia non est culpa mortalis contrahere invalidè Matrimonium ad vitandum aliquod grave damnum. Ita argumentatur quidam Theologus recentior apud Lugonem disp. 14. n. 108.

Sed ne Hercules quidem contra quosquodam minus hic recentior Theologus contra gravissimos Doctores, non unum aut duos, sed quotquot haecenus floruerunt, & scriptis suis Ecclesiam Dei illustrarunt, qui omnes uno ore & calamo testantur; irritationem cujusque Sacramenti esse rem gravissimam; sicuti & ipsum Sacramentum res gravissima est; signum utique à Deo institutum, efficit gratiam sanctificantem ex opere operato.

Igitur materia, quae in praesenti negotio consideranda venit, non est peccatum veniale, aut remissio peccati venialis; sed gratia sanctificans, quae tam abundans, immo ordinatur abundantior confertur iusto, dum absolvitur ab unico peccato veniali, quam peccator, dum absolvitur à milleis & milleis peccatis mortalibus; ac pròinde qui frustrat Sacramentum in remissione peccati venialis, & simul in collatione gratiae sanctificantis, non frustrat Sacramentum in re levi, sed in re gravissima.

Scio quod non sit peccatum mortale, se ipsum frustrare effectu gratiae sanctificantis, omitendo sine iusta causa Sacramentum Penitentiae, aliudè non praecipuum; nihilominus frustrare ipsum Sacramentum, quod à Deo ad istum effectum specialiter est institutum, frustrare, inquam, omni effectu gratiae, semper in Ecclesia Dei graviter fuit prohibitum.

Nonne aqua v. g. secundum se est res levissima? Et tamen velle consecrare solum aquam, est materia gravissima; quia verba consecrationis proferuntur omnino frustra, & privantur effectu Sanguinis Christi, quem alioquin ex speciali institutione Christi causaliter, si adesset vinum. Ergo consimiliter, tamen peccatum veniale secundum se sit res levissima, nihilominus dare illud pro materia totali Sacramenti, quando nequit esse talis materia, est res gravissima, quia tunc verba Absolutionis, quae Sacerdos profert ut minister Christi, omnino

omnino frustratur suo effectu, quem alioquin ex speciali institutione Christi causaret.

Unde non attenditur hic ad illud bonum, quo privatur recipiens Sacramentum; nam femina, quae procurat suam Ordinationem ab Episcopo, non privatur ullo bono; cum sit incapax gratiae illius Sacramenti; & tamen peccat mortaliter: sed consideratur irreverentia, quae fit Sacramento, quando privatur totaliter suo effectu. Vide dicta disp. 1. sect. 8. concl. 3.

Atque ex his facile respondetur ad rationes in contrarium supra propositas. Ad primam patet disparitas; quia in uno casu privatur Sacramentum omni suo effectu, supponitur enim invalidum; in alio autem supponitur Sacramentum validum, & remittere aliqua peccata, cum infusione gratiae sanctificantis, quamvis non omnia.

Quantum ad secundam rationem, vel ex hoc solo, quod non sit peccatum mortale, cerere attentione actuali, cum suscipitur Eucharistia; sententia Cajetani notatur falsa à Valquez 3. parte disp. 206. n. 11. Deinde ratio discriminis est, quod in casu Conclusionis etiam valor Sacramenti impediatur; hic autem solus fructus.

Tertia ratio jam convulsa est; nam omitteus Penitentiam non reddit Sacramentum irritum; neque frustrat Sacramentum totali fructu, sed aliqua levi parte, in quo non reperitur gravis irreverentia; neque enim quaelibet minima integritas Sacramenti obligat graviter; nec debet homo procurare sub culpa gravi, ut habeat maximum effectum Sacramenti, ut alibi diximus.

Ad ultimam rationem. Respondeo; non esse in omnibus argumentandum à Matrimonio ad alia Sacramenta, ut non semel ostendimus agendo de forma hujus Sacramenti. Adde, quod conplex possit indigno ministrare Sacramentum Matrimonii, est, alia Sacramenta non possint indigno ministrari; idque quia Christus reliquit in illo rationem contractus, Sicut ergo alii contractus possunt aliquando celebrari solum in foro externo, sine consensu interno, ad evitandum grave malum; pari ratione contractus Matrimonialis, ne alioquin nimis difficilis foret hic contractus ratione Sacramenti, si occasione illius, homines cogentur prestare suum consensum in proprium praesudicium, quando ex natura contractus ad id non tenebantur.

At verò alia Sacramenta non sunt ordinata, nisi ad sanctificationem suscipientis, & cultum Dei; adeoque nemo mirari debet, quod exigant omnimodam reverentiam, cum sint actiones mere sanctae, quae non nisi religioso & pio animo tractandae sunt. Porro Matrimonium, quamvis & ipsam actio sacra sit, in quantum est verum Sacramentum; ideoque

requirat internam dispositionem ad effectum gratiae; qui non vergit nisi in bonum animae; tamen quia etiam actio profana est, in quantum contractus aliquis humanus; hinc non requirit omnem omnino reverentiam; alioquin debitam aliis Sacramentis.

Deinde illa ratio ad summum probaret, licet fore confiteri sine debito dolore, ad evitandum grave damnum, de quo casu hic non queritur. Atque ut hoc esset verum de peccato veniali, etiam esset verum de peccato mortali. Merito ergo doctrina illius recentioris Theologi (quem Dicastillo putat esse Philippum Fabrum Professore Patavinum in 4. sent. tract. de Penitentia disp. 17.) expoditur à ceteris Doctoribus; tamquam proterus infundata & omnino falsa.

Quin immo Multi, teste Suarez disp. 20. sect. 6. n. 7. existimant, peccare mortaliter eum, qui confiteretur plura peccata venialia, si non dolet de omnibus, sed tantum de aliquibus; dummodo ita confiteatur, ut Sacerdos possit putare, omnia illa dari pro materia Absolutionis. Probant I. à simili, quia est gravis irreverentia contra Sacramentum, si quis Sacerdoti consecratum multas hostias, immiseret aliquas hordeaceas. Secundo à pari, quia redditur forma Absolutionis falsa; significat enim hominem absolvi ab omnibus peccatis, cum tamen non absolvatur nisi ab aliquibus.

Nihilominus contraria sententia, quae est tertia pars Conclusionis, est vera; quam tenet Suarez supra, Henriquez lib. 1. de Sacram. Penit. c. 26. §. 7. Fagundes lib. 2. de 2. precepto Ecclesiae c. 1. n. 13. & Alii, quos sequitur Lugo disp. 14. n. 118. Arriaga disp. 31. n. 53. & in eam magis inclinat Dicastillo disp. 6. n. 286. Probatur autem; quia, ut supra diximus, Sacramentum in hoc casu non caret totali suo effectu, sed tantum partiali, scilicet remissione aliquorum peccatorum venialium, de quibus poenitens non sufficienter dolet; interim confert gratiam remissionem omnium peccatorum, & illa remittit, de quibus poenitens sufficienter dolet.

Sed dicit aliquis; hoc est quod queritur; nam si peccat mortaliter, qui non dolet sufficienter de omnibus, iam nullum effectum habebit hujusmodi Absolutio, ut patet, nisi excusetur confitens per bonam fidem.

Respondeo I. vel inde probatur, quod dolor universalis de omnibus venialibus confessis, non sit materia necessaria ad valorem Sacramenti, sicuti dolor universalis de mortalibus; quia etsi bona fide quis confiteretur de pluribus mortalibus, cum dolore particulari, juxta nostra principia Absolutio omnino esset irrita, & nullum prorsus haberet effectum.

Resp. II. non sunt multiplicanda peccata mortalia

intuitu  
probat  
163.  
164.  
S I 3

Solvitur a mortalibus absque necessitate; nulla autem est necessitas asserendi hic peccatum mortale, ut probetur, solvendo duplicem rationem, supra adductam. Et à secunda incipiendo; gratis admittitur partiali falsitate formae Absolutionis, quid tum? Ergo est peccatum mortale, procurare huiusmodi falsitatem, negatur consequentia; hoc enim est quod inquirimus; an illa partialis falsitas sit materia gravis, & multis viris doctis videtur non esse; porro in dubio, ad aestimandam materiae quantitatem, attendi debet aestimatio prudentium, & sapientum virorum iudicium; nec non communis hominum instinctus: communiter autem homines non apprehendunt gravem malitiam in illa partiali falsitate, cum sepius natum sit fieri, ut non doleant sufficienter de omnibus peccatis venialibus, propter nimiam fragilitatem; & proclivitatem, quae impediunt firmiter propositum non peccandi de cetero similibus peccatis. Unde non fuit conveniens, ita institui hoc Sacramentum, ut defectu doloris circa unum veniale, forma totaliter esset falsa.

165. Et sane propter hanc rationem forte non incongrue diceretur, Confessarium absolventem à peccatis venialibus, limitare suam Absolutionem ad illa peccata venialia, pro quibus apponitur debita dispositio, adeoque formam nequidem partialiter esse falsam.

166. Si inferas: ergo pendet à voluntate Confessarii, quod talis penitens graviter peccet. Resp. cont. totum; nam si Confessarius nolit absolvere ab ullo peccato, nisi absolvat ab omnibus, & penitens id sciat, indubie peccat mortaliter, qui vel unum veniale confitetur, absque debito dolore, etsi de aliis sufficienter doleat; quia reddit Absolutionem omnino nullam. Interim communiter potest supponere penitens, habiturum Confessarium eam intentionem, quae est per se annexa huic Sacramento, id est, sic absolventi ab omnibus peccatis venialibus, ut si non absolvat ab uno, defectu debiti doloris, absolvat tamen ab aliis rite confessis. Ita docet Arriaga disp. 31. n. 58. quem perperam videtur intellexisse Bonae Spei disp. 5. n. 85. ubi sic lego:

Adde tamen, esse mortale, id negare aut affirmare de mortali (scilicet, negare commissum, quod commissum est; aut affirmare commissum, quod commissum non est) quia tunc forma Absolutionis falsificatur, & Confessarii iudicium in re gravi & necessaria pervertitur. Ita omnes Doctores communiter, cum constet, unum peccatum sine alio, rite confessio, aut omisso, non remitti. Verum tamen cum Lugo hic disp. 14. n. 119. velit hunc esse formae Absolutionis sensum: *Ego te absolvo quantum ex me est*; Arriaga autem disp. 31. n. 58. *Ego te absolvo à peccatis, pro quibus apponitur sufficiens dispositio*; non video quomodo forma Absolutionis in hoc casu falsificetur.

tur, & cur mortalis sit. Hucusque Bonae Spei Sed contra: Arriaga oppugnat sententiam Lugonis, & docet n. 57. longe probabilius esse, verba: *Ego te absolvo, prolixi absolute*, uti in omnibus aliis Sacramentis. Quomodo ergo vellet n. 58. hunc esse formae Absolutionis sensum: *Ego te absolvo à peccatis, pro quibus apponitur sufficiens dispositio*? Nam hic non minus videtur conditionalis, seu reflexivus, quam ille Lugonis; *Ego te absolvo quantum ex me*.

Deinde non loquitur de omnibus peccatis, sed de solis peccatis venialibus, ut insipientem verba textus non potest latere. Fortè Bonae Spei non inspexit, aut certe non perspexit, ob impedimenta & absentiam, quae volo gratiam dare pro gratia, & benigne eum excusare; hoc enim à me pollulat hic Auditor in Conclusionem sui operis dicens: Gratiam dabis pro gratia amantissime Lector. Primò si quis præter Typothetae errores, offenderis citationes, non factis ob impedimenta & absentiam examinatas & accuratas, & benigne excules; debui enim, etiam nolens, in variis fidei deponere penes Auditores, quos legi aut citavi. Haec Bonae Spei. Equidem quod in variis deposuerit fidem transeat; quòd autem debuerit nolens deponere, mihi non constat.

Quidquid sit, libenter do gratiam pro gratia, non dubitans, quin si verba Arriaga accuratè examinasset, vidisset locum de solis peccatis venialibus, ad quae omnia, cum facile in illis enarrandis aliquis error possit admitti, nec sint materia necessaria, & propositum univèrsale ea evitandi, si valde difficile, intentio Confessarii non tam expressè extenditur, sicut ad omnia peccata mortalia, quae sunt materia necessaria; quamvis verba formae secundum se omnia absolute significent.

Nec valet replica; Sacerdos non potest determinatè scire, quae sint ista peccata; ergo tota Absolutio redditur nulla. Unde enim constat illam determinatam notitiam esse necessariam? Nonne si penitens dicat: *Si forte habeo aliquòd aliud peccatum, de illo dolo, & peto Absolutionem*, etiam supra illud cadit Absolutio, saltem indirectè?

Idem à fortiori contingit, quando sit Confessio unius tantum peccati expressè, reliquorum in communi; aut quando sit Confessio per sola signa doloris, nullo dicto peccato, ut in periculo vitae; & cum homo post penitentiam Confessionem amittit usum rationis, aut loquelam, in quibus duobus casibus Confessarius ne unum quidem peccatum potest determinare.

Præterea si Confessarius audiverit mea peccata, etiam si postea in fine Confessionis, non recordetur priorum, nec possit illa determinatè demonstrare; nihilominus validè me absolvit.

Partialis falsitas formae non videtur materia gravis.

165. Fortè in casu proposito forma nequidem partialiter est falsa.

Obiectio solvitur.

166. Bonae Spei male intellexit Arriagam.

solvit. Cujus ratio à priori est facilis; quia cum Christus dederit facultatem Sacerdotibus absolvendi non ab uno aut duobus, sed à millenis & millenis peccatis; & sæpius moraliter impossibile sit, propter multitudinem, & varietatem peccatorum, Confessarium omnium distinctè recordari; ut possit ea ostendere, non potuit ab eo requiri determinata notitia.

Cum item, ut paulò ante dixi, circa venialia sit difficile propositum, & dolor de omnibus; non fuit expediens, ut tantum Christus requireret rigorem in prolatione & verificatione formæ Absolutionis. Denique cum ea Absolutio ab illis omnibus detur per modum unius, ita ut tantum sit una Absolutio, sufficit ut in illo complexo sint, quæ possint absolute remitti, & ratione quorum possit absolute esse verum, quòd hic homo absolvatur.

Nec est, quòd quispiam nobis objiciat determinationem materiæ Consecrationis; nam illicò respondebimus ipsi: Non oportet, ut Sacerdos possit humano modo discernere materiam consecrandam, ab omni alia; adeoque si una hostia consecrata, pluribus non consecratis admixta sit, possit eà exceptà, quamvis nesciat quanam ea sit, ceteras omnes validè & licitè consecrare. Similiter unam solam non consecratam, pluribus consecratis immixtam. Ita docuimus disp. 4. sect. 2. concl. 10. Quidni ergo Sacerdos validè & licitè possit absolvere à peccatis legitimè confessis, etsi humano modo non possit hæc discernere ab aliis, confessis illegitimè? Non est ulla ratio dubitandi.

Aliud foret si solùm ab uno; & ex duobus ritè confessis, vellet absolvere, & non determinaret hoc potius, quàm illud; tunc enim à neutro absolveret; sicuti qui ex pluribus hostiis triticeis, unam solam vellet consecrare, nec determinaret hanc potius, quam illam, nullam omnino consecraret; quia non est ratio, quare potius hanc; quàm illam.

Contra; ex dictis videtur sequi, nullam esse culpam; unum aut alterum peccatum veniale confiteri absque debito dolore; sicuti non est peccatum veniale, ex præcepto Ecclesie admiscere aquam vino consecrando, tametsi consisteret Sacerdoti eam non convertendam in vinum ante Consecrationem, & consequenter; juxta probabiliorè sententiam, neque in Sanguinem; quia videlicet Sacerdos non intendit illam aquam consecrare.

Similiter non esset ullum peccatum, pinsere hostias consecrandas, etsi confiter aliquid terræ vel alterius materiæ admixtum, quod moraliter non potest vitari; aut eas ex consensu Ecclesie aliquibus punctulis aureis ornare; quia nimirum Sacerdos, cum videat illam materiam non consecrabilem, aut certè supponat ordinariè adesse, non intendit eam consecrare. Ergo similiter si Sacerdos supponat

communiter defectum doloris circa unum aut alterum peccatum veniale, & ideo non vult ab illo absolvere, liquet profecto, quòd nullum erit peccatum sic confiteri; nisi fortè peccatum otiositatis, quia videlicet Confessio illius peccati sine dolore, caret suo debito sine.

Respondeo; quid si totum concederem? Non video quid possit obflare, nisi communis sensus Doctorum, qui tamen non videntur de hoc casu locuti; sed de illo, in quo Sacerdos supponit omnia peccata legitimè confessà, & vult ab omnibus nullo excepto absolvere; sicuti qui habet plures hostias, ante se positas ad consecrandum, quarum aliqua hordeaceæ sunt; & vult absolute omnes consecrare; quia nullam habet rationem suspicandam, aliquas non esse consecrabiles.

Et tunc urget prima ratio Adversariorum, superius adducta; nimirum est gravis irreverentia, Sacerdoti consecraturò multas hostias, proponere aliquas hordeaceas, dum putat omnes esse triticeas, & ideo omnes absolute vult consecrare; ergo à simili, est gravis irreverentia, illegitimè confiteri aliqua peccata; dum Sacerdos putat omnia legitimè confessà; & ideo ab omnibus absolute vult absolvere.

Nihilominus negatur Consequentia; quamvis non parva sit difficultas, in assignanda vera ratione disparitatis. Suarez disp. 22. sect. 10. n. 8. Est, inquit, advertenda differentia inter formam Eucharistiæ, & hujus Sacramenti: nam illa per se primò respicit materiam, & illam designat, & effectum circa illam significat; unde quacumque ratione supponatur materia falsa; & falsificatur forma, & substantialis effectus impeditur: forma vero hujus Sacramenti, per se primò significat personam, & effectum circa illam, ut patet ex illis verbis: *Ego te absolvo*; & principaliter significat effectum gratiæ remissivæ peccati; qui non impeditur, etiamsi aliquod peccatum veniale remissibile non sit; ex falsitate, vel indispositione penitentis; ergo non obstante illo defectu, potest forma esse vera, & remittere omnia mortalia. Quòd fati est, ut homo simpliciter absolvi dicatur: sicuti dicitur simpliciter justus; qui habet gratiam, etiamsi habeat venialia peccata. Hæc ille.

Et declarat à simili: Nam si quis, inquit, in conficiendo Baptismate, misceret aquæ naturali guttam aquæ rosaceæ; quæ est falsa materia, nihilominus conficeret verum Sacramentum, & formam in vero sensu proferret. Unde per se loquendo non peccaret mortaliter si absque errore vel intentione falsi ritus, indiscretè devotione id faceret; ergo similiter in presenti. Hucusque Suárez.

Sed neque hoc simile, neque illa disparitas placent Dicastilloni. Non simile, quia vel est eadem

172. Responso

173. Differentia inter formam Eucharistiæ, & hujus sacramenti ex Suárezo.

que declarat à simili.

174. Responso eadem

Dicas illi ad simile.

eadem difficultas, si minister intendat cum illa aqua rosacea baptizare, vel adhuc disparitas est, quod in casu Baptismi ablutio, quae simul fit cum vera aqua, ratione illius est sufficiens significare, & significat plenam & veram omnium peccatorum abluionem; remissio vero, quae non per sola verba, quae tantum sunt forma, sed etiam per materiam, scilicet per Confessionem peccatorum, per modum unius completi signi significari debet, non est integre vera significatio remissionis peccatorum, sed tantum peccatorum verorum cum dolore; illius vero, de quo agimus, falsa significatio est, atque adeo non est plene tota vera Sacramentalis remissio, sed ex parte apparens & falsa, cum tamen ablutio, si adfit vera aqua, sit aequè plena ablutio & Sacramentum, atque si non fuisset admixta rosacea. Ita hic Auctor disp. 6. n. 268.

Responsio ejusdem Auctoris ad differentiam.

Similiter respondet ad disparitatem ibidem n. 273. Forma Absolutionis per se primò significat personam non utcumque, sed ut absolvendam; & non à quocumque vinculo, sed peccatorum, & (directè) non quorumcumque, sed illorum quae dixit, & aequè de omnibus, & sicut non intelligitur, aut verificatur de ea persona talis propositio dicta in iis circumstantiis, etiamsi absolvatur ab aliis vinculis, quae non sunt peccata, ita sub iisdem circumstantiis non verificabitur plene si absolvatur ab aliquibus, & non ab omnibus; semper ergo erit ex ea parte falsa propositio. Hæc ille.

175. Contra arguitur,

Contrà, dicit aliquis; hoc est quod queritur, an talis propositio dicta in iis circumstantiis significet omnia peccata confessa, an verò sola peccata confessa cum vero dolore, cum & dolor sit materia, aut quasi materia, & peccata confessa sine dolore, non sint materia Absolutionis. Veluti forma Baptismi: *Ego te baptizo* &c. non significat nisi abluionem cum aqua naturali, & ideo tota vera est, etsi aqua naturali immixta sit gutta aquae rosaceae. Consimiliter licet vino consecrando sit immixtus aliquis alius liquor, equidem tota forma Consecrationis vera est, quia *ly hic* non significat nisi species vini.

176. Cur sit peccatum consecrare vinum mixtum alio liquore, aut baptizare aqua naturali, mixta aqua rosacea? Respondetur; quia talis Baptismus est contra usum Ecclesiae, similiter Consecratio. Et particulare est in Consecratione; quod tali casu res non consecrata tangat Corpus & Sanguinem Christi, quod non potest sine causa fieri absque irreverentia.

Obiectio solvitur.

Si inferas; ergo nullum erit peccatum confiteri aliqua peccata absque dolore, etsi Confessarius putet omnia legitime confessa. Respondetur, ex parte falsitatis forma nullum esse, Interim est contra usum Ecclesiae; & aliquis deceptio Confessarii, & actus otiosus

per se loquendo, & ex hac parte potest esse peccatum, quamvis non mortale, quia non in re gravi.

Ergo neque erit peccatum mortale inter alias hostias consecrandas apponere aliquam hordeaceam. Respondetur; ex parte falsitatis formae; conceditur totum, nisi Sacerdos expressè vellet singulas hostias consecrare, quae cumque aut qualescumque tandem sint. Sed illa intentio non debet praesumi; sed è contrario intentio consecrandi totum illud, quod consecrabile est.

Ceteroquin poterit esse peccatum mortale propter periculum idololatriae materialis, & assumptionis hostiae non consecratae loco consecratae; vel quia miscetur non consecratum consecrato; vel quatenus infringitur ritus Ecclesiae. Omnes enim in hac positione seu mixtione materia non consecrabilis, apprehendunt gravem malitiam, quam plurimi non apprehendunt in Confessione peccati venialis absque debito dolore; idque quia in Eucharistia omnis materia aequaliter est gravis, cum in qualibet hostia, & parte hostiae, sit verum Sacramentum, totus utriusque Christus; in Confessione verò peccatum veniale censetur materia levis; quia leviter faciens ad iudicium; adeoque levis defectus, qui in illa materia committitur, dummodo adfit alia materia sufficiens pro valore Sacramenti.

Sed ista ratio, inquit Bonae Spei disp. 4. n. 84 non placet; siquidem non probat, omnem non materiam esse gravem, quia omnis materia est gravis; non enim sequitur: Omne peccatum mortale est grave; ergo omne non peccatum est grave. Omnis gigas est magnus; ergo omnis non gigas est magnus. Deinde per hoc, quod quaelibet materia sub una Consecratione sit Sacramentum, non probat, quod quaelibet non materia sub una Consecratione sit grave sacrilegium; quia equidem quaelibet materia sub una Consecratione tam sit Sacramentum Eucharistiae, quam omnis materia Sacramenti Penitentiae cum ceteris sub una Absolutione fiat Sacramentum; sicut igitur hæc, hoc non obstante, ita sit Sacramentum, ut ratione alicujus non materia fiat solum leve sacrilegium, ita & quaelibet ista materia. Hæc ille, satis obscure; Sed nunquid verè?

Respondeo; bene sequitur: In Eucharistia omnis vera materia est gravis aequaliter; ergo omnis defectus in vera materia Eucharistiae est gravis, sive; ergo omnis falsa seu ficta materia Eucharistiae est gravis. Sicuti bene sequitur: Omne peccatum mortale verum, est gravis materia Sacramenti Penitentiae; ergo omnis defectus in illa materia est gravis, sive; ergo omne peccatum mortale fictum est gravis materia. Et verò; quia non omne peccatum veniale verum, est materia gravis in Sacramento Penitentiae; ideo neque omnis defe-

defectus in illa materia est gravis; vel, quod in idem recidit, ideo neque omnino peccatum veniale fictum est materia gravis.

Deinde falsum est, quod quælibet materia sub una Consecratione, tam fiat Sacramentum Eucharistia, quam omnis materia Sacramenti Pœnitentiæ cum ceteris sub una Absolutione fiat Sacramentum Pœnitentiæ, nam in Sacramento Pœnitentiæ tantum est unica forma, & unicum conficitur Sacramentum; in Eucharistia verò tot sunt Sacramenta, quot sunt hostie distinctæ; & licet forma videatur, & sit formaliter una; virtute tamen censetur multiplex. Unde si in unaquaque hostia non verificaretur, fieret irritum integrum aliquod Sacramentum.

Sed contra; etiam forma Pœnitentiæ virtualiter multiplicatur; nam singula peccata venialia possent esse materia sufficiens singulorum Absolutionum, cum possit unum peccatum veniale remitti sine alio.

Respondeo; potest omnino remitti; eundem quando simul plura peccata venialia absoluntur, nullus dicit ibi esse plura Sacramenta; nam licet sint plures remissiones, nihilominus una est & eadem gratia remissiva; neque enim quia unum, vel plura confitentur peccata, ideo quis accipit majorem gratiam.

Casus ergo similis esset, si duo simul confiterentur, & unus esset omnino indispositus; quippe tunc indispositus peccaret mortaliter, quamvis adhuc forma haberet suum effectum respectu alterius; quia nimirum in tali casu plura conficiuntur Sacramenta Pœnitentiæ, & unum Sacramentum totaliter frustratur suo effectu.

Sicuti si Episcopus consecrans diceret pluribus, *Accipite potestatem* &c. tametsi forma diceretur omnibus simul, fieret tamen multiplex Sacramentum, & ipsa forma esset virtualiter multiplex, ac si diceret; *Accipe tu, & Accipe tu*; ideoque non minus peccaret, qui inter ipsos incapax foret Sacramenti, ac si solus ordinaretur.

Ceterum quæ peccati venialis, eadem videtur ratio peccati mortalis, prius directè remissi per aliam Absolutionem. Item quæ venialis peccati non dolorosi, eadem apparet ratio peccati venialis ficti; cum hac tamen differentia, quod peccatum veniale fictum sit mendacium.

Neque puto esse peccatum mortale (quidquid Aliqui dixerint) falsò se accusare de peccato mortali, tamquam semel directè remisso per Absolutionem sacramentalem; quamvis enim notabiliter varietur iudicium Confessarii in ordine ad conceptum & estimationem de conscientia pœnitentis, quod attinet ad culpam præteritam; attamen cum illud iudicium non pertineat ad Sacramen-

tum præsens, & pœnitens sapius possit sine gravi peccato seipsum infamare; etiam de falso crimine, si ad sit iusta causa, non video quare hoc semper sit peccatum mortale.

Secus dicendum de illo, qui fictè confiteatur peccatum mortale, ut nunquam remissum; nam decipit iudicem in re gravi & necessaria ad præsens iudicium, eo modo quo deciperet per negationem criminis veri, neque minor datur occasio variandi iudicium sacramentale, de quo infra adhuc redibit occasio loquendi.

Hoc tantum impræsentiarum noto, raro contingere, ut quis se accuset de peccato mortali ficto; sæpè autem fieri posse, ut quis confiteatur peccatum veniale; quod non fecit, aut certè quod fecit, cum indebito dolore; idque, ut supra insinuavi, defectu propositi de cætero non peccandi, quod tamen propositum necessarium est, ut nunc amplius declaro, & erit

CONCLUSIO VIII.

Ad efficaciam doloris requiritur propositum emendationis, extendens se ad omnia mortalia in particulari si proponerentur. Sufficiet propositum virtuale.

Incipio ab ultima parte, cui non immeror; quia eam longè & latè discussi disp. 6. sect. 2. concl. 2. Tantum quæro, an possit quis securà conscientia omittere voluntariè propositum explicitum seu formale, distinctum ab actu detestationis seu displicentiæ. Respondent plurimi negativè; quia saltem est de præcepto divino. Deinde; quia exponitur Sacramentum periculo nullitatis.

Sed si verum est, quod in Sacramentis liceat materia probabilis (ubi non obstat lex Ecclesiæ, vel charitatis, aut iustitiæ) de quo egimus disp. 1. sect. 7. concl. ultimâ, cur hoc non liceat? Intellego extra articulum mortis. Nam in articulo mortis ob damnum irreparabile, quod sequi posset, non liceret sequi sententiam probabilem, quæ non tolleret talis damni periculum.

Deinde, propositum formale non aliter est de præcepto divino, quàm quatenus est necessarium ad substantiam Sacramenti, aut justificationem; simili modo, quo formalis dolor est de præcepto divino. Et quamvis ex Concilio Tridentino satis constet, ad substantiam Sacramenti necessarium esse formalem dolorem, ut videre poteris concl. 1. eundem similis necessitas formalis propositi emendationis nec ex hoc, nec ex aliis Conciliis evidenter probatur.

182. Peccat mortaliter, qui fictè confiteatur peccatum mortale, ut nunquam remissum;

183. An quis voluntariè possit omittere formale propositum emendationis.

Necessitas propositi formalis non probatur ex Concilio.

Quapropter si pœnitens, qui sibi ipsi quodammodo ministrat materiam hujus Sacramenti, posset extra articulum mortis adhibere dolorem, qui aliundè, puta ex motivo suo, probabiliter tantum sufficeret ad substantiam & effectum Sacramenti; non video cur pari ratione non posset omittere voluntariè propositum explicitum seu formale, distinctum ab actu detestationis. Nihilominus contrarium in praxi suadendum; quia via tutior, quam convenit eligere, nisi aliquid obstat.

184.  
Cur non sufficit propositum formale absque dolore formali.

Non gravetur Lector, si adhuc unam proposuero questionem. Si dolor formalis, absque proposito formali, sufficit ad valorem & effectum Sacramenti, cur non etiam propositum formale absque dolore formali? Sicut enim dolor & detestatio ex efficaci & universalis odio peccati & offensæ divinæ, includit virtualiter propositum circa futura; sic etiam propositum non peccandi ex simili odio, implicitè continet detestationem peccati præteriti. Unde qui diligit Deum propter se super omnia actu efficaci, & ex hoc motivo proponit firmissimè, custodire ejus mandata, eo ipso dicitur communiter habere Contritionem virtualement; quia in eo actu continetur implicitè detestatio peccati præteriti, licet homo non recordetur, nec putet se peccasse. Cur ergo talis actus non sufficit?

Ratio à priori voluntas Christi.

Respondèo ut supra Concluf. 1. stat prioratione à priori voluntas Christi, de qua constat ex Conciliis Florentino & Tridentino.

185.  
Ratio congruentiæ.

Ratio congruentiæ est; quia ad Sacramentum Pœnitentiæ requiritur Confessio peccati præteriti; illa autem moraliter nequit esse absque formali detestatione; neque enim est nuda narratio peccatorum, sed cum ordine ad Absolutionem seu remissionem; voluntas autem Absolutionis supponit formalem detestationem seu odium, ut clarum est; ideo quippe pœnitens petit Absolutionem à peccato præterito, quia illud sibi displicet.

Potius ex detestatione oritur propositum, quam è converso.

Aliunde autem ad Sacramentum Pœnitentiæ non est necessaria memoria peccati futuri; adeoque sæpius contingit, ut pœnitens ita occupetur circa detestationem peccati præteriti, ut nulla animum subeat cogitatio peccati futuri, ac proindè frequens foret periculum invaliditatis, si expressam propositum non peccandi de cætero esset necessarium.

Accedit, naturalissimum esse, ut potiùs ex vitæ præteritæ detestatione oriatur propositum in futurum, quàm vice versà ex proposito detestatio. Quin immo propositum posset esse in eo, qui nunquam peccavit; quo casu non haberet ita propriè rationem Pœnitentiæ aut Contritionis, tametsi ex timore Dei, aut metu inferni conciperetur.

Interim notat Hiquæus in suo Comment. 186. 4. dist. 17. q. unica n. 69. Si præmiserit quædam examen suæ conscientiæ, & orationem, quæ impetraret à Deo gratiam contritionis & veræ Pœnitentiæ, modò sentiat in seipso propositum firmum vitandi peccati, cum confidentia in Dei adjutorio ac meritis Christi, non in seipso, argumentum erit à posteriori quietandi animum, & se fecisse veram Pœnitentiã; quia tale propositum oritur ex Pœnitentiã tali tanquam causa, sive Attritio sit, sive Contritio. Hæc ille.

Merito igitur Concilium Trident. sess. 14. cap. 4. docet, *Contritionem non solum cessantem à peccato, & vitæ novæ propositum & iudicium, sed veteris etiam odium continere*, præsertim cum possit esse tale aliquod propositum, ut neque in virtute illius, neque formaliter simul cum illo sit detestatio peccati præteriti, quin potiùs complacentia peccati præteriti, quod propositum indubiè non sufficit, contra hæreticos contrarium dogmatizantes, quos ibi damnat Concilium.

Quapropter, ut ad primam partem Conclusionis accedamus; certum est apud omnes Catholicos ad efficaciam doloris requiri propositum emendationis formale vel virtuale non tale, quale Hæretici somniant, quod potest consistere cum actuali complacentia in peccato præterito; sed tale; quod positivè excludat voluntatem peccandi. Pro quo

Nota, efficaciam doloris posse consistere partim circa peccatum præteritum, partim circa futurum. Et quidem, cum ad præteritum non detur potentia, stultus foret, qui absolute vellet facere, quod non peccasset. Nam verissimè dixit D. Hieronymus. Epist. 22: *quæ est ad Eustochium: Cuius nomina posuit Deus: suscitare virginem non potest post ruinam, id est, Deus non potest facere, ut qui semel amisit integritatem carnis, nunquam eam amiserit.* Hinc Philosophus 6. Ethic. 2. approbat dictum Agathonis: *Hoc etiam ipse Deus, solus, carere videtur. Insectum ut faciat, quod factum est atque peccatum.*

Et ratio est, inquit Scotus 4. distinct. 1. q. 6. *Ratio n. 5 quia nulla factio potest esse non ens, de alio quo non ente; quia maxime extendendo factioem, qualibet est vel entis de non ente, vel non entis, de ente, sicut in annihilatione, vel entis de ente; præteritum autem non est ens: & ipsum non præteritum est aliud non ens; ergo non potest ex præterito fieri, quod non sit præteritum.*

Sufficit ergo ad efficaciam doloris circa præteritum, talis displicentia, vel detestatio, quæ peccator sic abominatur, peccatum, ut si res esset integra, faceret, peccatum tale vel tale non esse commissum, seu non fuisse committendum; & hic effectus explicatur per has,

has, aut similes propositiones: *Vellem non peccasse; Vitam non peccassem; Heu mihi; Displacet mihi; Penitet me, quod Deum offenderim.* Eliciturque aliquando per modum fugæ, & aversionis à peccato; aliquando per modum prosecutionis, quæ habet pro objecto non peccasse; estque indifferens utrovis modo elicitur; quamvis frequenter unus alterum concomitetur, & ex prosecutione nascatur fuga. Ita Herinck disp. 2. n. 21.

Potest efficacia circa futurum, ipsa est absoluta voluntas de cætero servandi mandata, & Deum non offendendi mortaliter. De hac voluntate, præter alibi dicta, quæ non iudico repetenda, specialis hic movetur controversia, an sufficiat propositum generale cavendi peccata. Hiquæus suprà n. 70. respondet, si illud propositum sit absolutum & perfectum, ita ut secundum affectum includat formaliter aut virtualiter propositum particulare, maximè circa peccata confessæ, sufficere.

Sed quid sit propositum sit consulum & in genere, ita ut ex efficacia sua non determinet voluntatem ad propositum particulare deferendi hoc aut illud peccatum in specie, tamen ei applicetur per cogitationem?

Respondent Quidam, inquit Hiquæus suprà, sufficere tale propositum, neque debere Confessorem in specie interrogare penitentem, an habeat propositum deferendi hoc peccatum confessum, aut non committendi illud de cætero, si viderit periculum esse, ne ille complacet magis in peccato, & dicat se non habere propositum, quia alioquin hoc esset tentare penitentem.

Hanc sententiam (prosequitur dictus Auctor) audio à Quibusdam practicari, nescio certè, quibus Auctoribus, aut quo fundamento. Fortè occasione hujus praxis desumpserunt ex Sanchez lib. 3. Sum. cap. 7. n. 9. qui agens de reo, qui illegitimè negavit coram iudice veritatem, dicit: Cautè se debet habere Confessarius circa hoc propositum reorum fatendæ veritatis, si iterum rogentur. Si enim credat fore ut iterum non rogentur, nil debet rogare de tali proposito, ne penitentes tentet, & exponat periculo denuò peccandi, habendo propositum contrarium, cum sit difficillimum negotium fateri proprium crimen. Sed satis est, ut in genere proponant cavere impostertum peccata.

Immo si credat fore, ut iterum rogentur, nec coniciat Confessarius in penitente animum negandæ veritatis, non debet etiam ipsum tentare, interrogando de hac re; cum tunc non sit in peccato mortali, id enim jam transit. Et satis est in genere proponere emendam. Et quamvis prima opinio vera esset

(puta, quòd ultrà debeat se offerre ad fatendam veritatem) si penitens sit in bona fide, debet Confessarius non certiore illum facere de hac obligatione, utpote quæ difficillima est, & rarò acquiescet. Hactenus Sanchez.

Quidquid sit de obligatione fatendæ veritatis; quantum spectat ad propositum emendationis, existimat Hiquæus suprà nu. 71. hanc sententiam nec veram, nec tutam esse, neque ullo modo trahendam in praxim. Et nu. 78. censet illam doctrinam erroneam in in fide, & perniciosam Ecclesiæ, & populo, & Republicæ, & salutem animarum; ac proinde dignam, quæ auctoritate Prælatorum excusderetur; alioquin, inquit, nullus est in mundo adeò pervertus Christianus, quin sic posset confiteri, & sumere Sacramenta quotidie; quod nihil aliud est, quàm ea prostituere & profanare, & favere improbitati.

Sed quæ ratio hujus censura? De fide est, inquit præfatus Auctor nu. 71. odium veteris vitæ, & inchoationem novæ, requiri ad fructuosam Penitentiam; sed neque talis habet odium vitæ prioris, neque inchoationem novæ; neque dolet, neque emendatur de tali peccato ullo modo secundum propositum absolutum voluntatis: ergo &c. Minor, de qua sola potest esse questio, probatur; quia nullus efficaciter dolet de peccato commisso, aut proponit emendam, aut vitam novam, qui affectu manet conversus ad peccatum; sed quicumque ita dispositus est, ut in particulari interrogatus à Sacerdote, respondeat se non velle deferere tale peccatum, verè secundum affectum nec dolet de peccato, neque proponit emendam & vitam novam; quæ necessariò requiruntur, saltem quoad affectum seu intentionem & propositum absolutum: ergo is non verè penitet, sed sicut tantum & verbaliter.

Hæc ergo sit probatio primæ partis nostræ Conclusionis: licet enim non requiratur propositum emendationis, actu se extendens ad singula peccata mortalia in particulari; nam nequè talis dolor requiritur, ut constat ex dictis disput. 6. sect. 2. concl. 6. equidem necessarium est tale propositum universale sive in genere, quod virtualiter se extendat ad singula in particulari, prout similis dolor necessarius est. Iam autem nullus auctus voluntatis virtualiter extenditur ad aliquod objectum, qui non est natus inducere determinatè similem actum circa illud objectum, vel certè ex efficacia sua excludere actum contrarium.

Sicut, inquit Scotus 4. dist. 15. q. 1. n. 10. in fine, non est necesse, intellectum simul considerare hoc peccatum & illud, & ita non est necesse, voluntatem simul penitere. (id est dolere) de hoc &

190. Contrarium censet Hiquæus dicens, doctrinam illam esse erroneam in fide.

Ratio hujus censura.

191. Probatur & pars Concl.

illo ... sed tamen dum considerat unum, & penitet de illo, saltem habitualiter, satisfaciendo de alio, hoc est, animo promptus est si cogitaret aliud, ad satisfaciendum de alio. Porro quæ doloris, eadem est ratio propoliti, cum ipse dolor sit propoliti virtuale.

Sicut ergo non sufficeret dolor, qui ita verfaretur circa unum peccatum mortale, ut si penitens interrogaretur de alio, responderet se non dolere; pari quoque ratione non sufficeret propoliti, quod ita verfaretur circa unum peccatum mortale, aut circa omnia in genere, ut si penitens interrogaretur de alio, aut de aliquo in particulari, responderet se non proponere emendationem.

192. Dices; Tridentinum sess. 14. c. 4. docet sufficere Attritionem, si voluntatem peccandi excludat, id est, si non habeat actualem complacentiam in peccato præterito, seu voluntatem actualem peccandi de cætero.

Responso. Respondetur, illa expositio videtur esse contra ipsum Tridentinum eodem cap. ibi: *Declarat igitur sancta Synodus hanc Constitutionem, non solum cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum & inchoationem, sed veteris eius odium continere.* Ubi expresse distinguit inter cessationem à peccato, id est, carentiam actualis propoliti de cætero peccandi, & vitæ novæ propositum, id est, positivam aliquam voluntatem non peccandi de cætero.

Itaque exclusionem, de qua infra agit, intelligit non tantum negativè, sed etiam positivè. Ergo ad veram Attritionem requiritur non solum carentia actualis voluntatis peccandi, sed ad minus etiam absentia voluntatis habitualis, juxta dicta disp. 6. sect. 2. concl. 2. n. 84. id est, requiritur talis dispositio seu constitutio voluntatis, ut penitens interrogatus, ut, inquam, vi talis dispositionis, seu stante præsentis animæ constitutione responderet, se nolle amplius Deum mortaliter offendere.

Atque ut talis dispositio non requireretur, sed sufficeret dolere de peccato commisso, & carere actuali proposito peccandi de cætero, saltem hæc ipsa carentia requiritur humano modo per liberam suspensionem voluntatis peccandi de cætero; sed quicumque est ita dispositus, ut interrogatus de hoc vel illo peccato in particulari, responderet, se velle amplius peccare; tantum excludit seu potius caret voluntate peccandi ex inadvertentia, non verò liberè & ex deliberatione; ergo &c.

Hinc rectè Innocentius Papa II. in Concilio Romano. c. 22. & refertur de Penitentia dist. 5. c. 8. *Frates nostros Episcopos & Presbyteros admonemus, ne falsis Penitentibus laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem Penitentiam esse constat, cum spiritus pluribus de uno solo Penitentia agitur, aut cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio: sicut reverà non disceditur, dum penitens interroga-*

tus respondet, se velle adhuc peccare tali aut tali peccato. Addit Innocentius: *Falsa etiam sit Penitentia, cum penitens ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, quod sine peccato agere nulli ratione prævalet.*

Quæro igitur; teneretur Confessarius interrogare penitentem, an velit relinquere occasionem proximam peccati, quando videt, quod interrogatus responderet, se nolle relinquere, etsi hic & nunc nihil cogitet de illa occasione? Putas quod posset talem tui conscientiam absolvere? Exultimas, quod posset absolvere usurarium non obligando, aut interrogando eum, an velit restituere, si prævidet ipsum esse in tali dispositione, ut responderet, se non velle restituere, quamvis hic & nunc careat positivâ voluntate non restituendi? Quare ergo similiter, tenendo eum debere dicere veritatem, quare, inquam, Confessarius, qui credit fore, ut iterum rogetur, & videt in penitente animum negandæ veritatis, id est, talem dispositionem seu constitutionem animæ, ut penitens interrogatus, non obstante proposito generali, responderet, se nolle dicere veritatem; cur quæso non deberet tali casu Confessarius eum interrogare de hære, & obligare ut responderet veritatem?

Si dixeris; quia exponitur periculo demerendi peccandi, habendo actualem voluntatem negandi, cum difficillimum sit negotium fatendi proprium crimen. Respondeo, etiam difficillimum est usurario restituere, & homini librico delerere proximam occasionem peccandi. Et tamen hi admonendi sunt & obligandi; alioquin non absolvendi, si taliter sint dispositi, ut admoniti nollent restituere, aut delerere proximam occasionem.

Sed contrà; Alexander III. extra de Penitentia & Remissio. c. 5. scribit in hæc verba Bealuacen. Episcopo: *Quod quidam ad Confessionem de criminibus veniunt, & quantum confitentur, se tamen asserunt abstinere non posse. Consultationis tue taliter respondemus; quod eorum Confessionem recipere debes, & eis de criminibus consilium exhibere.* Ergo multo magis recipienda est Confessio eorum, qui carent actuali voluntate peccandi, etsi, juxta jam dicta, ita dispositi sint, ut interrogati responderent, se velle peccare.

Respondeo; planè recipienda est, sed non ad Abolutionem. Ad quid ergo? Ad Consilium, non enim dicit Pontifex: *Recipere debes, & eis de criminibus Abolutionem exhibere, sed, Consilium exhibere.* Unde continud lubjungitur: *Quia licet non sit vera buiusmodi Penitentia, id est, fructuosa seu sufficiens ad fructum Abolutionis, admittenda est tamen eorum Confessio, & crebris & salutaribus monitis Penitentia indicenda.* Id est, ad veram Penitentiam, seu verum dolorem, cum proposito non peccandi de cætero inducendi.

Arguis

192. Objectio ex Conc. Tri.

Responso.

Trident. requirit positivam exclusionem voluntatis peccandi.

193. Saltem requiritur liberè carentia voluntatis peccandi.

Quæ sit falsa Penitentia ex Innoc. 2. in Conc. Rom. cap. 22.

Arguis rursus : si conjuges v. g. sint in bona fide, neque timetur aliquod inconveniens ex silentio impedimenti occulti; sed contra gravia praevidentur incommoda ex revelatione, tunc Confessarius recte, & secundum Charitatem, licet optimè noverit nullitatem Matrimonii, permittit conjuges in bona illa fide, ne forte qui jam solum peccant materialiter, postea peccent formaliter. Ergo similiter in casu proposito, si reus sit in bona fide, non debet illum certiorum facere de obligatione fatendae veritatis; & consequenter, si poenitens proponat generalem emendam, non oportet Confessarium interrogare de proposito circa aliquod peccatum particulare; sed potest eum absolvere, tamen si praevideat, quod si interrogaretur, responderet, se velle amplius peccare isto peccato.

Respondet Hiquæus supra n. 77. Si reus confitetur negationem veritatis ut peccatum, scit & scivit esse peccatum; non potest ergo praevidi bona fides. Si autem confiteretur se negasse veritatem pro securitate conscientiae suae, ut quia dubitat si fuerit mentitus, quamvis se putet non teneri ad veritatem dicendam, licet Confessarius teneat sententiam oppositam, non debet tunc destruere bonam fidem ejus, si sit saltem fundata. Haec ille, credens Sanchez nihil aliud intendisse, quamvis satis confusè loquatur.

Sed, salvo meliori, Sanchez non agit de illo reo, qui bonâ fide negavit veritatem; sed qui, postquam malâ fide negavit veritatem, bonâ fide putat, se non teneri ultra fateri veritatem; sed sufficere, si iterum rogatus fateatur; & indubiè talis relinquendus est in bona fide, tamen si Confessarius foret in contraria opinione.

Deinde dico; doctrinam Sanchez, intelligentiam de illo, qui malâ fide negavit veritatem, esse conformem praxi communi; neque enim solent Confessarii rogare poenitentes de proposito emendationis, nisi in generali, an dolent de peccatis confessis, & proponant feriam emendationem; excipe, si conjiciat Confessarius animum contrarium circa aliquod peccatum particulare, quem casum etiam Sanchez excepit dicens: Nec conjiciat Confessarius in poenitente animum neganda veritatis.

Ceteroquin communiter praesumimus poenitentes, qui generaliter proponunt emendationem, ita esse dispositos, ut si in particulari peccata eis proponerentur, & interrogarentur, responderent, se amplius nolle peccare. Si tamen taliter dispositi non forent, dico, propositum generale non peccandi de cetero nequaquam tunc sufficere ad effectum Sacramenti; quia inefficax, id est, ineptum inducere ad propositum singulare. Interim, sicut jam jam dixi, communiter praesumimus, taliter esse dispositos.

Et ideo merito Confessarii per se seu regulariter abstinent ab illa singulari interrogatione; praesertim quia qui hodie proponit non amplius fornicari sive ex motivo offensae divinae, sive turpitudinis peccati, crastinâ die interrogatus, & jam vivacius apprehendens praeteritam delectationem, & satis tenuiter offensam divinam, aut turpitudinem peccati, facile responderet, mutato proposito, se denud velle fornicari. Cùmque non sit necessarium propositum actuale tempore Confessionis aut Absolutionis; sed sufficiat propositum virtuale, seu potius habituale; nisi moraliter confiter de contrario, non judico extorquendum à poenitentibus novum propositum, maxime circa singularia peccata, à quibus homines difficulter abstinent, ne exponantur periculo denud peccandi; habendo propositum contrarium.

Audiamus Doctorem Seraphicum 4. dist. 16. a. 2. q. 1. Dicendum, quod in casu, in quo oportet praeligere vel consentire in peccatum sive complacentiam peccati, vel tolerantiam poenae, quilibet tenetur praeligere, sive magis eligere poenam, quam velle peccare vel peccasse. Praeter casum necessitatis dico, quod praeligere omnem poenam est perfecta virtus, dubitare vero est infirmitas, quia timor naturalis facit valde dubitare, & ista dubitatio simul potest stare cum Charitate: sed praeligere culpam alicui poenae, hoc est iniquitatis, si est cum deliberatione & plena voluntate, quia omnis voluntas est iniqua, qua peccatum vult vel absolute, vel conditionaliter. Unde periculum est & sultritia, quarens hoc ab aliquo infirmo, vel etiam à se ipso; quia hoc est hominem ponere in tentationem: unde nullus Confessor debet hoc ab aliquo, qui sibi confitetur, quarens; sed si poenitens se offerat, & dicat, se male mortuum esse, quàm peccasse, vel simile aliquid, gaudendum est; quia signum bonae voluntatis est.

Dices; non obstante periculo novae complacentiae, tenetur poenitens singula peccata confiteri; ergo Confessor, non obstante simili periculo, potest de singulari interrogare, an proponat emendationem.

Respondet; Ex institutione Sacramenti Poenitentiae... universa Ecclesia semper intellexit (inquit Concilium Trid. sess. 14. c. 5.) institutum etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem; peccatorum, inquam, non tantum in genere, sed potius in specie ac sigillatim. Porro necessitatem propositi singularis nusquam reperio, & ideo non assero, maxime quando periculosum foret, alioquin per se utile esse non dubito. Omitto, periculum novae complacentiae fortè etiam excusare à Confessione singulorum peccatorum, de quo suo loco.

Igitur, ut finem imponamus huic difficultati, veluti requiritur dolor universalis, formaliter aut virtualiter se extendens ad omnia mortalia; sic itidem necessarium est propositum emendationis, formale, aut virtuale, formale.

198. Confessarii per se loquendo non tenentur singulariter interrogare.

videtur sententia D. Bonae ventura.

199. Objectione.

Responsio.

196. Confessarius in-...  
197. Sed, salvo meliori...  
198. Confessarii per se loquendo...  
199. Objectione.

formaliter, aut virtualiter se extendens ad omnia mortalia; id est, talis dispositio in voluntate, ut omnibus manentibus quae nunc sunt, ex vi illius actus, quem nunc elicit, aut aliquando elicit voluntas, & adhuc habitualiter permanet, omnia peccata in particulari detestaretur, & nollet voluntas ea de cetero committere, si in particulari proponerentur ut talia.

Sed nunquid idem dicendum de peccatis venialibus?

CONCLUSIO IX.

Ad efficaciam doloris sufficit propositum particulare, extendens se ad sola venialia confessa. Potest dari universale, extendens se ad omnia.

venialia perfecte deliberata vitare, nisi ex speciali Dei privilegio. Sed, ut verum fatear, hoc non requiritur ad veritatem Scripturae, aut Conciliorum.

Docet praeterea idem Auctor n. 8. hominem per totam vitam sine speciali privilegio posse abstinere ab aliquo determinato peccato veniali, v. g. furto rei levis, ut patet per experientiam; secus ad venialibus circa sensibilia gustus & tactus, quoniam plures occasiones & tentationes illorum occurrunt. De mendacio levi plures dubitant, & Aliqui dicunt, non posse vitari sine speciali privilegio, tum propter fragilitatem humanam & innumerabiles occasiones; tum quis in Psalmo 115, v. 2. dicitur: Omnis homo mendax. Sed, inquit Felix, hoc non convincit; nam Augustinus & Hieronymus explicant de homine suae naturae relicto, id est, homo ex se est mendax.

Interrogas Felicem; poterit quis sine speciali privilegio pro parvo tempore esse sine veniali peccato? Respondet n. 9. affirmativus citans D. Augustinum lib. de Nat. & Grat. c. 62. Sed ibi nihil aliud invenio ad propositum, quam haec verba: Beatus vero Hieronymus... quid dixerit contra id, quod dicitur; vel quod istum (Pelagium) adhaeret, nescio; nisi quia posse esse hominem mendo corde testatus est. Quis negat? Sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, non sola arbitrii libertate. Et infra: Quisquis non cedit Ioanni Apostolo, qui nec ipse ait: Si dixerimus quia peccatum non habuimus, sed, non habemus, Episcopo Hilario quomodo cessurus est? Pro gratia Christi clamis, sine qua nemo iustificatur, tamquam sufficiente naturae libero arbitrio.

Sanè si de mente D. Augustini queritur, non tantum pro parvo tempore, sed etiam pro tota vita hominem posse esse absque ullo peccato cum gratia Dei, expressissime docet lib. 2. de peccat. merit. c. 6. quod sic incipit: Nam qui dicunt, esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate ostendendum, si enim esse posse negaverimus, & hominem libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti vel misericordiae, qui hoc adiuvando effici, derogabimus. Sed alia quaestio est, utrum esse possit, alia utrum sit; alia si non est, cum possit esse, ut non sit; alia utrum, qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, non solum quisquam sit, verum etiam poterit aliquando esse, vel possit. In hac quaestione propositio quaestionum, si à me quaeratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, constet posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium.

Ad secundam quaestionem, videlicet, utrum sit, Respondet cap. 7. in principio: Esse non credo, magis enim credo Scripturae dicenti: Ne tentes in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Psalm. 142. v. 2. Et cap. 15. in principio sic obijcit illi ipsi:

200. Probatur i. pars Conclusi.

Um nulla sit necessitas confitendi omnia peccata venialia, immo confitendi aliqua; sicuti non requiritur dolor universalis, sed sufficit particularis de illis peccatis venialibus, quae penitens subijcit Clavibus Ecclesiae; pari ratione non requiritur propositum universale, sed sufficit propositum particulare, extendens se ad illa tantum venialia, quorum petitur Absolutio sacramentalis. Porro necessitas huius propositi eodem modo probatur, quo supra Conclusionem primam probavimus necessitatem doloris.

201. Est moraliter impossibile vitare omnia peccata venialia. Probatur ex Scrip. 1. Ioan. 1.

Conc. Milevitano.

Neque de hoc puncto est specialis controversia inter Doctores; sed disputant, an & quomodo possit dari propositum efficax circa omnia peccata venialia, cum moraliter impossibile sit omnia vitare, juxta illud 1. Ioan. 1. v. 8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quae verba explicans Concilium Milevitanum cap. 6. ait: Quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat, propter humilitatem oportere dici nos habere peccatum, non quia veritas est; anathema sit.

& Trident.

Omitto cap. 78. & ubi iteratis vicibus hanc doctrinam definit, & solum subscribo verba Concilii Trid. sess. 6. can. 23. Si quis hominem semel iustificatum dixerit... posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia; anathema sit. Ratio sumitur ex humana fragilitate; & continua impugnatione fomitis ac demonis, atque ex pluribus occasionibus inducentibus ad venialia.

Ratio humana fragilitas &c.

202. An hoc sit intelligendum etiam de venialibus.

Et quoniam haec ratio etiam locum habet in peccatis venialibus perfecte deliberatis, putat Felix de Grat. c. 5. diffin. 8. n. 7. hominem non posse in tota vita peccata omnia

ipſi: At enim Dominus ait: Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt, quod non præcipiet, inquit (Pelagiani) ſi ſener fieri non poſſe quod præcipit. Reſpondet S. Doctör: Non nunc quaeritur, utrum fieri poſſit; ſi iſtam perfectionem ad hoc accipiunt, ut ſine ullo ſit quiſque peccato, cum hanc agit vitam: iam enim ſuprà reſpondimus poſſe fieri, ſed utrum aliquis faciat, hoc nunc quaerimus.

Ad tertiam quaſtionem; Cum voluntate humana, gratiã adjuvante divina, ſine peccato in hac vita poſſit homo eſſe, cur non ſit, poſſem (inquit Divus Aug. ſuprà c. 17. in principio) ſacillime ac veraciffimè reſpondere, quia homines nolunt. ſed ſe ex me quaeritur, quare nolunt, inus in longum. Verumtamen etiam hoc, ſine præiudicio diſtinguentioris inqueſtione, brevier dicam. Nolunt homines facere, quod iuſtum eſt; ſive quia latet an iuſtum ſit; ſive quia non delectat. Tandem enim quidquam vehementius volumus, quanto certius quam bonum ſit nominis, eog, delectamur adentibus. Inſtantia igitur & infirmitas vitia ſunt, que impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abſtinendum. Vt autem innotescat, quod latebat, & ſuaſe fiat, quod non delectabat, gratiã Dei eſt, que hominum adjuvat voluntates; quã ut non adinventur, in ipſis eadem caufa eſt; non in Deo; ſive damandi prædeſtinati ſunt propter iniquitatem ſuperbia; ſive contra ipſam ſuam ſuperbiam iudicandi, & erudendi, ſi filii ſint iuſticiæ diæ.

Denique ad quaſtionem 4. Virum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit, habiturus ve ſit, non ſolum quiſquam natorum hominum ſit, verum etiam poterit aliquando eſſe vel poſſit? Reſpondet S. Doctör c. 20. Hunc priuſ, præter illum mediatorum Dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, nullum vel eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe, certiffimum eſt.

Quomodo autem hæc doctrina D. Auguſtini non repugnet Concilio Tridentino ſuprà allegato, ſtatim clariùs apparebit. Pro præſenti ſufficiat, D. Auguſtinum loco citato à Felice de Nat. & grat. c. 62. ſimiliter lib. 2. de Peccat. merit. c. 2. quem locum citat à Lapide in Prov. c. 24. v. 16. pro eadem opinione, nullatenus huic ſuffragari.

Melùs ergo probatur ex ratione; quia videlicet brevi tempore non occurrunt tot occaſiones & tentationes, & Scripturæ commodè intelligi poſſunt de longo tempore ſeu de tempore totius vitæ; & prout eas videtur intellexiſſe Tridentinum ſuprà can. 32.

Appoſitè S. Hieronymus lib. 3. adverſus Pelagium non longè à medio: Hoc, inquit, eſt quod tibi in principio dixeram, in noſtra ſitum eſſe poteſtate vel peccare, vel non peccare; & vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, ut liberam ſeruetur arbitrium: ſed hoc pro modo, & tempore, & conditione fragilitatis humane: perſeuerantem autem impeccantiã ſoli reſervari Deo,

& ei, qui Verbum caro factus, carnis detrimenta & peccata non pertulit. Neque quia ad breve poſſum, coges me, ut poſſum inguer. Poſſum ieiunare, vigilare, ambulare, legere, pſallere, ſedere, dormire, nunquid in perpetuum?

Si dixeris; ergo talis homo gloriari poterit, quòd habeat mundum cor; cum tamen ſcriptum ſit Prov. 20. v. 9. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Reſpondeo neg. Conſ. quia ſine revelatione nemo poteſt ſcire ſe eſſe abſque omni peccato; & eo ipſo quo certò affirmaret, quod eſt dubium, mentiretur.

Atque admiſſo, quòd aliquis verè & probabiliter idipſum de ſe affirmare poſſet, quòd tempore, v. g. unius horæ, non peccaret, adhuc verè poſſet, & deberet dicere: Dimitte nobis debita noſtra, quia adhuc ignorat, an haberit remiſſionem peccatorum præteritorum. Sed & illà remiſſione cognitã, adhuc verum diceret, quia eadem peccata ſapiùs remitti poſſunt. Similiter ſubſilteret dictum Joannis ſuprà: Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. id eſt, quoniam non peccavimus, vel peccato obnoxii non fuimus, & plerumque ſumus. Ita exponit Vega lib. 14. de Juſtis. cap. 19.

Et hæc ſua expoſitionem colligit ex verbis immediatè ſubſequentibus: Si conſtreamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem ſcimus eum &c. Expendamus bene, inquit Vega, duo illa verba; Et emundet nos ab omni iniquitate; & Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, vel, quoniam non peccavimus. Et ex prioribus conſtabit, non eſſe contra Dei veritatem, ſed conſonum potiùs ipſius veritati & juſtitia, ut credamus, nos aliquando Chriſti gratiã & ſanguine liberos eſſe & mundos ab omni iniquitate. Ex poſterioribus verò colligere licebit, perinde eſſe, Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ac ſi aperitiùs diceretur: Si dixerimus, quoniam peccato obnoxii non fuimus, & plerumque ſumus. Hæc ille.

Neque iſta expoſitio repugnat D. Auguſtino ſuprà de Nat. & Grat. c. 62. nam Ench. c. 64. ſic ait: Neque enim quia peccatum eſt omne crimen, ideo crimen eſt etiam omne peccatum. Ita, ſanctorum hominum vitam, quamdiu in hac morte vivunt, inveniri poſſe dicimus ſine crimine (id eſt, peccato mortali) peccatum autem ſi dixerimus, quia non habemus (ſcilicet quamdiu in hac morte vivitur) ut ait S. Apoſtolus, noſmetipſos ſeducimus.

Conſimiliter ſcribit lib. de perfect. juſt. prope finem, ibi: Quisquis autem dicit, poſt acceptam remiſſionem peccatorum, ita quemquam hominem iuſte vixiſſe in hac carne, vel vivere, ut nullum habeat omnino peccatum (ſcilicet quamdiu vivit) contra dicit Apoſtolo Ioanni, qui ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. Non enim habuimus, ſed, habemus dixit,

208. Obiectio ex Scrip. Prov. v. 9. Solvitur,

209. Expoſitio illorum verborum Si Dixerimus &c. x. Joan. 1. ex Vega.

210. que non repugnat D. Aug.

non

non pro quolibet tempore, sed pro tota statione vitæ præsentis.

211.  
Quanto tempore possit homo vivere sine peccato ex Felice, & Suario.

Quæris à me, quanto tempore homo possit vivere absque omni peccato veniali? Respondedo cum Felice supra n. 10. hoc tempus non posse omnino definiti; quia pendet ex variis circumstantiis, ut ex complexione & dispositione hominis, ex consuetudine, ex vitæ statu, & similibus. Interim Suarius lib. 9. de Grat. c. 8. n. 29. existimat probabile, quod per integrum diem.

Obiectio ex Script. Prov. 24.

Nec obstat illud Proverb. 24. v. 16. *Septies in die cadit iustus; nam ly in die, non est in Hebræo, neque in Græco, & in Biblia vulgata Sixti V. est omisium, atque ita citatur ab Augustino lib. 11. de Civit. c. 31. ibi ideo pro universo saepe ponitur, sicut est: Septies cadet iustus & resurget, id est quotiescumque ceciderit non peribit. Ut ut sit, certum est, longiori tempore posse vitari venialia deliberata, quam quæ sunt ex subreptione.*

212.  
Secunda obiectio ex Bull. Pontif. Innoc. 10. & Alex. 7.

Sed dicit aliquis; Innocentius X. Bullâ quæ incipit: *Cum occasione* A. 1653. pridie Kal. Junii An. Pontif. 9. Et post illum Alexander VII. Bullâ: *Ad sacram B. Petri sedem* A. 1656. 17. Kal. Novembris Pontif. A. 2. hanc propositionem: *Aliqua Dei præcepta hominibus iustis voluntibus & conantibus, secundum præsentem, quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, quæ possibilia faciunt*; temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declarant, & ut talem damnant; ergo sine speciali auxilio, de quo ibi nulla fit mentio, potest quilibet iustus vitare omnia venialia in tota vita sua. Probatur Consequentia: quia omnia præcepta sunt possibilia; quodcumque autem peccatum veniale repugnat alicui præcepto.

Evasio præcluditur.

Nec fatissimis dicendo, posse vitare omnia divisim, quamvis non conjunctim; & per consequens posse observare omnia præcepta divisim, tamen non conjunctim; hæc, inquam, distinctio impertinens est: si enim non potest conjunctim omnia observare, jam necessario verum est, aliquod esse non observabile; nam idcirco non potest omnia conjunctim, quia aliquod non potest. Enimvero vitare hoc, & istud, & illud, & sic de ceteris in particulari, idem est quod vitare omnia collectivè; si ergo non potest vitare omnia collectivè, signum est quod vel hoc, vel istud in particulari non possit: nam omnia nihil sunt præter singula, neque omnia simul occurrunt vitanda, sed nunc unum nunc aliud, adeoque si non possit omnia vitare, videtur quod neque singula.

213.  
Argumentum Scoti.

Ita arguit Scotus 2. dist. 28. q. 1. n. 2. contra Henr. Quod l. 6. q. 11. *Exemplum ponitur, inquit Doctor n. 2. de existente in vase perforato, quod licet possit quodlibet singulorum foraminum obstruere, non tamen omnia, dum enim*

unum obstruit, relinquunt alia patens.

Sed contra; Si in hoc tempore (inquit n. 5.) potest cavere ab hoc peccato mortali & illo, & dum cavet hoc, cavet omne: & similiter de tempore consequente, & sic de semper: ergo si potest semper cavere hoc, & illud, simul potest cavere omnia. Assumptum, quod si potest cavere hoc peccatum mortale pro tunc, quod potest etiam cavere illud aliud, & ita omne pro tunc, patet; quia voluntas non potest habere simul distinctos consensus, qui requiruntur ad peccatum mortale, & ad resistendum peccato mortali; & ita dum distinctè habet actum resistendi huic peccato mortali, nullum aliud velle habet tunc, per quod aliud velle pro tunc peccet mortaliter, maxime cum preservando se ab uno peccato mortali, fit fortiter ad resistendum aliis, ergo si nunc potest hoc peccatum cavere, de quo tenentur, multo magis illud potest alias cavere, & sic de aliis. Huculque Scotus.

Respondet Felix de Grat. c. 4. diff. 9. n. 7. Argumentum Scoti concludit, quod voluntas potest physicè sine auxilio evitare omnia peccata, non tamen evitabit sine auxilio; nam voluntas habet quamdam impotentiam moralem propter occasiones, & tentationes, quæ frequenter occurrunt, & quia sensus externi, à quibus voluntas dependet, fatigantur & laxantur assiduitate, quæ impotentia cum moralis sit, non est infallibilis; nam oppositum solet aliquando evenire cum tali impotentia; nihilominus quia tales tentationes valde alliciunt voluntatem, habet velut quamdam determinationem; ideo requiritur auxilium, ut voluntas non solum physicè, sed moraliter possit proximè prorumpere in actum circa quodcumque præceptum, & circa omne collectivum; licet ad hoc vel illud non requiratur gratia. Hæc ille.

Et ante ipsum Smising de Deo Uno Tract. 3. disp. 6. n. 145. Respondet (inquit hic Auctor) ad primam dubitationem, impotentiam vitandi omnia venialia non esse impotentiam physicam, sed moralem; atque eam quidem tantam, ut nunquam contingat, absque speciali privilegio, omnia per totam vitam evitare; quod an debeat intelligi collectivum, vel etiam de omnibus divisim, quæstio de nomine esse potest, in qua magis probo cum loquendi modum, quod tam de omnibus divisim, quam collectivum intelligatur.

Prima pars, quod impotentia vitandi omnia venialia non sit physica, patet; quia aliis peccatis homo non peccaret non vitando omnia venialia peccata, quæ est implicatio in adjecto. Sequela patet; quia nemo peccat in eo, quod absolutè & physicè non potest evitare. Secunda pars, quod nihilominus hæc impotentia sit moralis, colligitur ex Patribus & Conciliis; quia dicunt, non posse hominem absque speciali privilegio omnia vitare; quod cum non possit intelligi de impotentia physica, debet intelligi de morali. Hæc ille.

Quid



gratia orandi, juxta illud Concilii Tridentini supra cap. 11. *labendo monet facere, quod possis; & petere quod non possis, & adjuvat, ut possis; quantum vis in hac vita non sit sine peccato, quia non vult.*

221. *Medicus homo, inquit Divus Augustinus lib. de Nat. & Grat. cap. 26. cum sanaverit hominem, iam de cetero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, ut eadem sanitas apto subsidio convalescat atque persistat, Deo dimittit, qui prabet ista in carne viventibus, cuius etiam erant illa, que dum curaret, adhibebat. .... Ipse autem Deus, cum per Mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum spiritualiter sanat agrum, vel vivificat mortuum, id est, iustificat impium, & cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiam, perduxerit, non deserit, si non deseratur, ut pie semper iusteq; vivatur; sicut enim corpus, etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere, sic homo, etiam plenissime iustificatus, nisi æternæ lucis iustitiæ divinius adiuvetur, retine non potest vivere. Sanat ergo Deus, non solum ut delectat, quod peccavimus; sed etiam ut præstet, ne peccemus.*

de Concilio Tridentino. Quo loco Sancti Doctoris utitur Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 11. ibi: *Quod sit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam à peccato, servi autem facti Deo, sobriè, iustè, & piè viventes proficere possint per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.*

222. *Si dixeris, Deum non prius deserere per subtractionem gratiæ sanctificantis; secus per subtractionem gratiæ actualis. Contrà; Augustinus asserit medicum deserere, non Deum; sed medicus deserit, non subtrahendo sanitatem, vel definendo eam immediatè conservare; verùm subtrahendo consilia sua ac remedia; ergo Deus sua consilia ac remedia non subtrahit, id est, non subtrahit gratias actuales, utique sufficientes ad sobriè, iustè, & piè vivendum.*

In hoc namque consistit non desertio Dei; (ut patet ex verbis Augustini) quod piè semper iustèque vivatur, quod fit per gratiam actualem, quæ est æternæ lux iustitiæ, per quam præstat Deus, ne peccemus, cum per gratiam iustificantem delectat, quod peccavimus.

223. *Elegantèr idem S. Doctor eodem libro c. 69. Valde bona sunt præcepta, si legitime his utamur, eo quippe ipso, quo firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Quomodo autem potest quis credere, Deum non præcipere impossibilia, si credere debeat, ut quidam videntur velle, nullam esse nisi impossibilis præcepti transgressionem? Nam præter gratiam efficacem, que*

tunc non adest, nulla datur sufficientes, secundum illos Auctores, per quam homo implet præceptum, si velle. Quid etiam opus erat distinguere inter præcepta facilia & difficilia, cum transgredienti, omnia sint æquè impossibilia?

Quod ex vitis nature (inquit Augustinus eodem lib. c. 66.) non ex constitutione natura sit quædam peccandi necessitas, audiatur homo, atque in eadem necessitas non sit, discat Deo dicere: De necessitatibus meis educe me; quia & in huiusmodi oratione certamen est adversus tentatorem de ista contra nos necessitate pregnantem: ac per hoc, operantem gratiâ per Iesum Christum Dominum, & mala necessitas removebitur, & libertas plena triquetur.

Rectè Sanctissime Præsul. Sed si est impossibile (ut quidam videntur dicere) ut homo audiat, atque discat Deo dicere: De necessitatibus meis &c. quando id non dicit, ad quid, interrogat quispiam, hæc admonitio & exhortatio? Deinde fallà (quod absit) videtis promittere, si iustus volentibus, conantibus, orantibus negetur gratia necessaria ad divina præcepta observanda.

Respondetur; iustus illos, quibus negetur gratia necessaria, non velle, conari, & orare ut oportet, quod tamen requiritur ex mente Divi Augustini supra c. 17. in fine: *Vnde ad hunc modum à Deo petere sapientiam, qui dat omnibus, assistentem, utiq; his omnibus, qui sic petunt, & tantum petunt, quomodo & quantum res tanti petenda est. Et Concilium Araul. can. 25. ait: Hoc etiam sceleratam fidem Catholicam credimus, quod accepit per Baptismum gratiam, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) que ad salutem pertinent possunt & debent (si fideliter laborare voluerint) adipisci.*

Consentio, inquis, sed quid tum? Nonne quia iustus non orat ut oportet, ideo non potest orare ut oportet? Hoc est quod queritur, an homo possit aliquid facere potentia proxima & antecedente, quod non facit, seu quod non potest facere potestate consequente.

Fateor itaque, homines non semper velle & conari sicut oportet, & ideo non semper obtinere gratiam efficacem observandi omnia præcepta divina; verùm tunc non contantur secundum presentes, quas habent vires; nam possent conari & velle ut oportet, & ex defectu voluntatis provenit, quod non faciunt, juxta illud Araulicani statim citati: *Si fideliter laborare voluerint; ergo habent potentiam laborandi fideliter; ergo gratiam sufficientem, si quæ libenter concedimus, solum liberum arbitrium non posse fideliter laborare; quod unicum intendit Augustinus probare contra Pelagium in lib. de Nat. & Grat. jam sæpius allegato.*

Hinc cap. 44. in fine sic ait: *Quid enim dicit brevius potuit, & verius, quam possibilitatem non peccandi quantumcumque est, vel erit in homine, nisi Deo debere reputari? Hoc & nos dicimus, iungamus deinceps. Similia habet aliis capitibus illius libri.*

Ex quibus manifestum est, S. Augustinum non impugare, vel damnare Catholicos, qui credunt possibile esse mandata, etiam his, qui illa transgrediuntur; sed Pelagianos, qui allerebant, illam possibilitatem ex sola pro-

venire arbitrii libertate, ex sufficiente naturæ libero arbitrio, ex eadem potestate, quâ potuit homo vitari, quod procul dubio potuit sine gratia.

Qui ergo asserunt gratiam necessariam, non damnantur ab Augustino, neque deprimunt gratiam, & extollunt arbitrium, sed magis amplificat gratiam, dicentes eam homines habere, etiam quando mandatum transgrediuntur; cum tamen alii eam tunc negent.

Et verò quoniam gratia efficax propria est electorum, hinc Christus Joan. 15. v. 16. ait Discipulis suis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Adeoque Apostolus non perperam erupit in has admirantis voces: O altitudo divitiarum &c. Rom. 11. v. 33. Et D. August. lib. de Spirit. & lit. c. 34. Si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet: cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, illi autem non ita: duo sola occurrunt interim quæ respondere mihi placeat: O altitudo divitiarum! & Nunquid iniquitas apud Deum?

Si inferas; ergo gratia necessaria est ad peccandum. Respondetur, sicut lex est necessaria ad peccandum; nam sine lege non est transgressio, sine gratia autem non est transgressio voluntaria seu libera; quia bonum oppositum est impossibile; non ergo datur gratia ad peccandum, neque lex posita est, ut homo eam transgrediat, sed potius ut bonum operetur; quia tamen & lege, & gratiâ subinde abutitur, ideo imputatur ei & gratiâ, & lex in peccatum.

Mirantur siquidem, non quia putant liberum arbitrium minime concurrere cum gratia Dei ad sui discretionem seu electionem; aut quia judicant, arbitrium non posse resistere gratiæ interiori Dei; sed quod omnino absconditum sit à cogitatione humana, cur Deus, cum posset utrique dare gratiam efficacem, id est, talem quæ infallibiliter esset motura voluntatem, uni tamen det, & alteri neget. Unde (quod bene notandum est) non dicit Augustinus: Cur illi ita suadeatur, ut possit credere, illi autem non ita; sed: Cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, id est, ut credat, illi autem non ita.

Apposuit D. Bernardus Ser. 1. in Pent. Multi liquidem moventur, ut bene faciant, sed minime sciunt quid agendum sit, nisi adsit denuo gratia Spiritus sancti, ut quam inspirat cogitationem, doceat in opus proferre, ne vacua in nobis sit gratia Dei. Sed quid? Sciunt bonum, & non faciunt, peccatum est illi gratia. Ergo supponit Sanctus Bernardus quod possint homines moveri ad bonum, & scire bonum per gratiam Spiritus sancti, nec tamen facere bonum, quod sciunt, & ad quod moventur; quod non est aliud, quam habere gratiam sufficientem, & carere gratiâ efficaci.

His prælibatis de possibilitate & impossibilitate observandi præcepta divina, consequenter de possibilitate & impossibilitate vitandi peccata venialia: Respondeo ad difficultatem propositam, puta an, & quomodo possit dari propositum efficax vitandi omnia peccata venialia? Respondeo; inquam, non obstante morali impossibilitate vitandi omnia peccata venialia sive collectivè, sive divisivè sumptâ, prout hætenus explicuimus, tenetur quilibet omnia vitare, sic ut peccet per contrarium propositum, ut omnes fatentur; ergo non dubium, quin possit habere propositum efficax vitandi omnia peccata venialia; alioquin contrarium propositum non foret liberum; & per consequens non peccaminosum; ergo peccatum, & non peccatum, quæ est manifesta implicantia.

Hinc quando S. Augustinus lib. de Nat. & Grat. cap. 43. dicit: Neque de ipsa possibilitate contendo, cum sanata & adiuta hominis voluntate, possibilitas ipsa simul cum effectu in sanctis proveniat. Et lib. de Grat. Christi cap. 14. Non est consequens, ut qui potest venire, etiam veniat, nisi id voluerit atque fecerit. Sed omnis qui didicit à Patre, non solum potest venire, sed venit; ubi iam & possibilitatis profectus, & voluntatis affectus, & actus effectus est. Item cap. 13. Qui novit quid est, quod fieri debeat, & non facit, nondum à Deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundum litteram. Quamvis multi, quod imperat lex, facere videantur timore pene, non amore iustitiæ.

Quæris quomodo id possit fieri, cum penitentis moraliter certus sit, se aliquando peccaturum venialiter. Respondeo; eo modo quo fieri potest, quod moraliter certus de reincidentia in peccatum mortale, efficaciter proponat illud evitare; quia videlicet, quantum in se est, pro nunc vult cum divina gratia non peccare; etsi aliunde certò sciat, oblatâ occasione propositum istud mutandum. Sic Petrus monitus à Christo, poterat pro tunc efficaciter proponere, quantum de se erat, non

His, dico, & similibus locis, S. Augustinus minime contradicit D. Bernardo; sed solum intendit probare, hominibus sanctis & prædestinatis non tantum dari gratiam sufficientem, seu possibilitatem bene agendi; sed etiam ipsam bonam voluntatem, seu gratiam effi-

Vuu2 non

229. Gratia efficax est propria electorum. Joan. 15.

Rom. 11. S. Aug.

230. An possit dari propositum efficax vitandi omnia venialia.

231. & quomodo?

non negare Christum; licet cerio sciret, se postea defecturum a proposito.

Sic aliquis potest dicere: *Pro nunc habeo animum non blasphemandi Deum, quamvis sciam, in inferno me animum illum mutaturum*: licet enim non possit dari voluntas omnino absoluta circa impossibile, bene tamen voluntas efficax, quantum est ex parte agentis, qui ita dispositus est, ut ex vi illius actus sit paratus ad faciendum, quidquid apparet possibile ad consequendum talem effectum.

Atque hoc modo, qui detestatur efficaciter peccatum praeteritum, haud equidem omnino absolute vult non fuisse peccatum; ad praeteritum enim non datur potentia, ut supra diximus; sed, quantum est ex vi illius affectus, paratus est adhibere omne medium ad impediendum istud peccatum, si foret possibile. Nonne fur, qui ducitur ad paribulum, potest efficaciter velle effugere, etsi nullum de facto adhibeat medium, quia nullum apparet possibile? Alioquin cui Deus revelasset suam aeternam damnationem, propter peccatum mortale futurum, non posset efficaciter proponere nunquam peccare mortaliter, adeoque nunquam debite suscipere Sacramentum Penitentiae, ad quod requiritur propositum de cetero non peccandi mortaliter. Quid autem eo absurdius?

232. **Obiectio.** Dices: disparitas est, quod evitatio omnis peccati mortalis, moraliter sit possibilis, cum communi gratia Dei; evitatio vero omnis peccati venialis non nisi ex speciali privilegio, quod non omnibus datur.

**Responsio.** Respondeo; in utroque casu est certitudo peccati futuri, immo major in calu revelationis, si est omnino absoluta (ut suppono) quia revelatio divina est absolute infallibilis; adeoque nec per speciale privilegium talis potest salvari, id est, aliquando salvabitur; in alio casu adhuc aliqua subest incertitudo, quia saltem per speciale privilegium posset huiusmodi penitens amplius non peccare venialiter.

**Non obstante revelatione damnationis, homo tenetur servare omnia praecepta divina.** Sicuti ergo, non obstante huiusmodi revelatione, homo tenetur servare omnia praecepta divina; per consequens potest & debet habere propositum efficax illa servandi, quia potest servare, si velit adhibere omnia necessaria; & observabit, si ex parte sua non desit; consimiliter tamen si revelatum sit, hominem in tota vita sua non posse vitare, id est, non vitaturum omnia venialia, absque speciali auxilio Dei; est id jam revelatum esset, istud speciale privilegium mihi non concedendum; equidem teneor omnia peccata venialia evitare; per consequens possum habere propositum efficax vitandi omnia peccata venialia in tota vita mea, quia possum vitare, si velim adhibere omnia necessaria; & evitabo, si ex parte mea nihil desit. Ideoque qui contrarium

propositum haberet, scilicet non vitandi illud peccatum veniale, quod moraliter non potest vitare, id est, quod infallibiliter eveniet, adhuc peccaret venialiter; quia licet infallibiliter, equidem liberè; alioquin esset, & non esset peccatum; peccatum ut supponitur; non peccatum, quia non liberum.

Non me lateat, quod docet Conrinc de Actibus supernat. disp. 20. n. 135. Si Deus inquit alicui clarè revelaret, ipsum determinato instanti, sive certo tempore brevissimo, quod instar instantis apprehendimus, certum peccatum commissurum, ita ut ipse hoc, dum tempus illud adesset, perfectè apprehenderet, & graviter ad id committendum tentaretur, ita ut sine gravi labore non posset tentationi resistere, etsi talis tunc liberè intentus, aut minus intensè peccaret, tamen non satis video, quomodo possit verè dici, absolute esse in ipso potestate illud peccatum vitare. Cum enim tali sit impossibile, concipere seriam omnino voluntatem vitandi illud peccatum, & ad hoc ex parte sua efficaciter conari, eò quod sciat, se frustra in eo vitando laboraturum, valde difficile est videre, quomodo tunc in ejus sit potestate illi tentationi non succumbere; praesertim cum humano more aut vis, aut nullo modo fieri possit, ut talis concipiat sibi esse verè possibile, tale peccatum hic & nunc de facto evitare; ea autem quae apprehendimus nobis impossibilia, non possumus serio, & ex parte nostra efficaciter velle. Unde sequitur, istum non posse serio, ac ex parte sua efficaciter velle illud peccatum evitare, cum tamen sine ejusmodi voluntate ei sit impossibile id evitare. Hucusque Regius.

Sed hic non est casus noster; cum Deus nulli clarè revelaverit, ipsum determinato instanti, sive certo tempore brevissimo, quod instar instantis apprehendimus, certum peccatum veniale commissurum; sed peccatum incertum committendum, incerto tempore totius vitae: tunc autem, secundum Regium supra n. 128. nullo modo necessitatur homo, ut apprehendat peccatum pro aliquo determinato tempore inevitabile; atque ita potest pro quocumque tempore determinato sperare ipsius evitacionem, & ad hanc serio conari.

Deinde n. 139. ait Regius: Non statim hinc quidquam hac dere definire; sed proposita utrimque argumentis, rem aliis definitivam relinquere. Ut autem dicam, quod ego sentio; in primis, cum remissio & intensio actus, non distinguantur realiter ab ipso actu, si talis liberè intentus, aut minus intensè peccaret, non satis video, quomodo non possit verè dici, absolute esse in ipso potestate illud peccatum vitare.

Immo si peccatum est, ut supponitur, debet verè dici, absolute esse in ipso potestate illud vitare: nam (teste Augustino lib. 1. Re. 6. de

tract. c. 15. Peccati reum teneri quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summe iniquitatis & insanie est. Et lib. 3. de Lib. Arbit. c. 18. interrogat: Quis autem peccat in eo, quod nullo modo carere potest? Item c. 17. Hoc, inquit, brevissimum tene. Quocumque ista causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei cedatur. Ergo vel casus Regii est impossibilis, vel debet dici, absolute esse in potestate talis hominis actum illum vitare.

Prætere, quando non urget tentatio, tunc, secundum Regium, liberè peccat, & tenetur media adhibere ad peccatum vitandum, cum tamen etiam tunc sciat, se frustrà in eo vitando laboraturum.

Si respondeas; ipsam revelationem per se non imponere aliquam necessitatem voluntati, ut patet in Christo, qui præcivit omnia opera sua, & tamen non ideo minus liberè ea exercuit; sed solum per accidens, quatenus homo apprehendit evitacionem sibi impossibilem, & consequenter impedit, ne vehementi inclinationi in eum actum possit resistere.

Contrà; Christus etiam illos actus, ad quos summe erat inclinatus, & quos sciebat certò se eliciendos, nihilominus liberè elicit; ergo & talis homo liberè peccabit, estò habeat summam inclinationem ad illud peccatum, & præcivat certò peccatum futurum. Ratio est; quia non est futurum, nisi dependenter ab ipsius libera voluntate; possit quippe absolute non facere, si vellet; sicut Christus poterat, absolute loquendo quantum est ex parte voluntatis creata; illos actus non elicere, si voluisset; sicut ergo hoc sufficit ad rationem meriti, ita quoque sufficit ad rationem demeriti.

Respondeo itaque ad argumentum Regii; talem hominem scire, illud peccatum certò committendum, equidem non nisi ex libera sua voluntate; in tantum, ut etiam sciat eadem certitudine, quòd si adhiberet omnia media, quæ possent adhibere, si vellet, non peccaret. Igitur quòd peccet, vel non peccet, totum pendet ab ipsius libera voluntate; ac proinde quantumvis sciat, quòd ex mala sua voluntate commissurus sit certò peccatum; inde tamen non videtur excusari, quin omnia media necessaria debeat applicare ad non committendum peccatum.

Quamquam ergo in sensu composito peccatum certò eventurum sit, non tamen in sensu diviso, id est, supposito quòd Deus hoc revelaverit, certò eveniet, non vi revelationis, sed voluntatis humanæ; quam Deus prævidit, se determinaturum liberè in tempore ad actum illum peccati. Neque enim, inquit D. August. lib. 5. de Civit. cap. 10. ideo peccat homo, quia Deus illum peccatum præcivit: immo ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat; quia ille, cuius præsentia falli non potest.... ipsum peccaturum

esse præcivit, qui si natus, omnino non peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præcivit. Quocirca media, quæ adhibet talis homo, prorsus utilia sunt, quantum est ex ipsis; interim impediuntur à suo fine, quia non omnia adhibentur ex libera ejus voluntate; liberè enim omittit aliquid, quod est necessarium.

Hinc si ex libera voluntate mea pendet, conservare vitam meam, vel proximi, quamvis certò sciam, me non conservaturum, tamen teneor adhibere media, quæ hic & nunc sunt necessaria. Aliud foret, si pendèret à voluntate tertii; tunc enim mors illa mihi imputari non posset, tamen non adhiberem media, quæ judicantur hic & nunc futura inutilia. Si ergo Deus revelasset, quòd subtraheret, mihi auxilia sufficientia ad peccatum evitandum, sine dubio non deberem illa petere, neque adhibere media ad evitandum peccatum materiale; quia jam amplius non pendet à mea voluntate, ut eveniat, vel non eveniat; atque ita quòd evenit, vel non evenit, non potest mihi imputari.

Dices cum Regio; impossibile est, ut talis homo concipiat sensum divinum possibilem; nam sic deberet concipere, aut revelationem sibi non esse factam; aut in sua potestate esse efficere, ut facta non sit, quorum utrumque ei est impossibile, cum certò sciat factam; quod autem factum est, infectum fieri nequit.

Respondeo; in hoc ultimo manifestè involvitur sensus compositus. Concipere ergo potest & debet, pendere à sua libera voluntate, quòd revelatio facta sit; adeò quòd, si Deus prævidisset ipsum liberè non fuisse peccatum, revelatio non fuisset facta, & ita possibile est concipere sensum divinum.

Si inferas; ergo talis tenetur sperare Beatitudinem. Resp. conc. totum. Et ratio est; quia talis non destituitur auxiliis sufficientibus ad observanda omnia præcepta; & consequenter ad sperandam Beatitudinem, quæ ei possibilis est, & etiam futura, si faciat omnia quæ potest; ergo & potest, & consequenter tenetur sperare.

Dices; talis non potest apprehendere Beatitudinem, tanquam probabiliter futuram, quod necessarium est ad Spem. Respondeo: eum posse apprehendere Beatitudinem futuram, si faciat quod potest facere; idque videtur sufficere; nam sufficit, ut teneatur alia omnia præcepta adimplere, quæ sunt media ad Beatitudinem obtinendam, & ut talia præcipiuntur: Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Matth. 19. v. 17. Si ergo ad media tenetur, & quidem ad omnia, quamvis sciat unum futurum, quod non implebit; quidni etiam similiter obligetur ad sperandum finem, tamen defectu unius medii ex libera voluntate illum non assequetur?

Quia, inquis, alia præcepta non sunt observata

aliquid est  
volendo

volendo  
volendo

239.  
Objectio ex  
Regio.

Solvitur.

Cui foret  
revelatum  
peccatum  
finale de-  
beret sperare  
re Beatitudi-  
nem.

240.  
Objectio  
solvitur.

Matth. 19.

241.  
servatu

illud  
potest  
viter,  
illib-  
& non  
non  
Agri-  
nquit  
to in-  
quod  
n pec-  
dum  
aiak  
deret,  
eretur,  
rati-  
s, aut  
video,  
esse in  
Cum  
feriam  
catum,  
ri, ed  
horatu-  
lo tunc  
recum-  
ut vix,  
incipiat  
hic &  
appre-  
sumus  
Unde  
x parte  
vitare,  
sit im-  
Deus  
minato  
in an  
Cocidit  
m pec-  
catum  
empore  
egium  
homo,  
etermi-  
potest  
sperare  
nari.  
tui hic  
positis  
338.  
nien-  
ego  
renho  
iplo  
minus  
modo  
ipius  
e, de-  
estlate  
i. Re. s. 46  
tract.

Alia duplex obiectio.

servatu impossibilia, sicut praeceptum spei. Præterea, alia praecepta non tantum obligant, in quantum sunt media assequendi Beatitudinem; sed etiam secundum se; quoniam & habent finem proprium, qui obtinetur, scilicet honestas ipsius operis, & etiam habere possunt finem Charitatis, quamvis non Beatitudinis. Instantia manifesta est in damnatis, qui peccant contra praecepta divina, tamen Beatitudo sit ipsis impossibilis.

Responsio ad primam.

Respondeo ad primum; est manifesta petitio principii; unde non suppositum, sed probatum oportet, praeceptum spei esse observatu impossibile; esse autem observatu possibile probatur; quia ipsa salus est possibilis; immo futura, si omnia fiant, quae possibilia sunt; adeoque damnatio pendet à libera voluntate operantis.

Responsio ad secundam.

Ex quo patet responsio ad II. & disparitas inter damnatos, & talem hominem adhuc vivum; quia damnatis Beatitudo absolute est impossibilis, quidquid ex parte sua faciant, ita ut non possint salvi fieri tamen velint; talis autem homo potest salvus fieri, si velit; ergo non mirum, si praeceptum spei obliget talem hominem; secus damnatos.

242. Instantia.

Instas; talis homo, sperando efficaciter Beatitudinem; saltem exterius & in actu exercito ostendit, se credere revelationem Dei posse esse falsam, & consequenter Deum forte fuisse mentitum; ergo non licet. Probatur Consequentia; quia illicitè quis orat pro salute damnatorum; quia impossibilis est, & quia sic orans habet voluntatem contrariam voluntati divinae; ergo similiter in casu praesenti.

Solvitur.

Respondeo; disparitas jam est assignata, videlicet, quod in nostro casu salus sit possibilis, & quod Deus non velit damnationem, nisi dependentem à libera voluntate operantis; adeoque tali casu efficaciter sperans Beatitudinem, non ostendit in actu exercito, se credere revelationem Dei posse esse falsam; sed revelationem Dei dependere à libera voluntate hominis, quod verissimum est. Si quidem ut ait D. Hieronymus in cap. 26. Jerem. Non ex eo, quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum est, Deus novit. Ac proinde, teste D. Chrysostomo Homil. 60. in Matth. Non quia futura praedixit, idcirco eveniunt; sed quoniam omnia eventura erant, idcirco praedixit.

S. Hieronymus.

S. Chrysostomus.

Joan. 12.

Propterea, inquit Evangelista Ioannes cap. 12. v. 39. & 40. non poterant credere (Judæi) quia iterum dixit Isaias: Excavavit oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanentur eos. Ad quæ verba D. August. tr. 53. in Joan. Hoc autem Propheta praedixit, quia Deus futurum esse prescivit. Quare autem non poterant si à me quaeratur: citò respondeo, quia volebant; malam quippe eorum voluntatem praedixit Deus, & per Prophetam

S. Augustinus.

revelavit ille, cui abscondi futura non possunt. Putas autem, quia propterea Judæi non tenebantur credere, aut efficaciter sperare Beatitudinem? Si dixeris; non licet nobis orare pro salute reprobatorum; ergo nec ipsis reprobis licet eam efficaciter sperare. Antecedens probatur ex D. Augustino lib. 21. de Civit. c. 24. Si de aliquibus Ecclesia ita certa esse, ut qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in vita sint constituti, tamen praedestinati sunt in aeternam ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso.

revelavit ille, cui abscondi futura non possunt. Putas autem, quia propterea Judæi non tenebantur credere, aut efficaciter sperare Beatitudinem?

Si dixeris; non licet nobis orare pro salute reprobatorum; ergo nec ipsis reprobis licet eam efficaciter sperare. Antecedens probatur ex D. Augustino lib. 21. de Civit. c. 24. Si de aliquibus Ecclesia ita certa esse, ut qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in vita sint constituti, tamen praedestinati sunt in aeternam ignem ire cum diabolo, tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso.

Respondeo, D. Augustinum intelligendum de oratione, quæ oritur ex absoluta voluntate salutis; cum enim Deus non habeat absolutam voluntatem eos salvandi, Ecclesia, quæ debet se conformare voluntati divinae, non potest pro eis orare ex absoluta voluntate salutis. Colligitur ex antecedentibus & consequentibus; nam ibi agit Augustinus Contra eorum sensum, qui in iudicio Dei omnibus reprobis Sanctorum preces putant esse parcentes; ita sonat titulus illius cap. Quem sensum inde refutat, quia aliquum nulla causa est, cui non etiam nunc pro Diabolo, & Angelis eius oret Ecclesia, quam Magister Deus pro inimicis suis iussit orare.

Et infra sic ait: Si qui usque ad mortem habebunt cor impenitens, nec ex inimicis convertentur in filios, nunquid iam pro eis, id est, pro talium defunctorum spiritibus orat Ecclesia? Cur ita, nisi quia iam (scilicet post mortem) in parte diabolici computantur; qui dum essent in corpore, non sunt translati ad Christum? Atque indubie spiritibus talium defunctorum impossibilis est spes efficacis Beatitudinis; cum jam amplius non pendeat salus ab eorum libera voluntate, sicuti pendebat, dum adhuc erant in corpore.

Cæteroaquæ si Ecclesia sciret, infideles illos, qui post aliquot annos convertendi sunt ad fidem, damnandos esse propter peccata, quæ post Baptismum committent, oraret nihilominus pro eorum conversione ad Deum, quod tamen pro Dæmone non facit; ergo locutio Augustini non est generaliter intelligenda.

Et aliunde, quemadmodum Deus, etiam postitâ præscientiâ damnationis Luciferi, voluit, quantum in se erat, ejus salutem, & sufficientia auxilia contulit: ita pariter Ecclesia, cognitâ hominis adhuc viventis reprobatione, potest ejus salutem, quantum in se est, velle, & ex illa voluntate gratias sufficientes pro eo postulare; & per consequens homo reprobis adhuc vivens, cognitâ suâ reprobatione, adhuc potest, quantum in se est, efficaciter velle adhibere omnia media necessaria ad salutem, ad quæ adhibenda habet gratias sufficientes; adeoque, quantum in se est, efficaciter desiderare finem, id est, ipsam salutem æternam.

Ergo consimiliter, ut tandem revertamur ad Conclusionem, licet certò mihi conflet restat per



causa excuset; sic itidem non efficaciter proponit emendationem, qui non vult vitare occasionem proximam ejuldem peccati venialis, nisi iusta causa excuset.

Interim differentia aliqua est, quod sepius occurat iusta causa non vitandi occasionem proximam peccati venialis, quam non vitandi occasionem proximam peccati mortalis; eod quod occasiones peccatorum venialium frequentissima sint, & maxima fragilitas hominis in committendis peccatis venialibus; adeoque moraliter impossibile, id est, non sine notabili incommodo possibile, eas occasiones vitare. At vero occasiones peccatorum mortalium rariores sunt, & ideo facilius praevenerunt, neque tanta est fragilitas hominum in committendis mortalibus.

Hac ergo differentia supposita, Conclusio est communis DD. & probatio facillima, ut puta: Qui amat periculum, in illo peribit Eccli. 3. v. 27. id est, qui sine iusta causa exponit se periculo proximo peccati, hoc ipso peccat illo peccato, cujus periculo se exponit; sed, qui non vult deferere occasionem proximam peccati, ubi & quando commode potest, exponit se periculo proximo peccati sine iusta causa; ergo hoc ipso peccat illo peccato, cujus occasionem proximam non vult deferere; ergo non habet propositum efficacit evitandi illud peccatum, ut sole meridiano clarius est.

Quaeris à me, qua sit occasio proxima, & qua remota? Proxima ab Aliquibus definitur, qua talis est ex suo genere, ut frequenter homines similis conditionis ad peccatum mortale inducat, neque experientia constat in hoc homine talem effectum habere. Remota, qua talis non est ex suo genere, ut frequenter homines similis conditionis ad peccatum mortale inducat, neque experientia constat, in hoc homine talem effectum habere. Cur autem illa appelletur proxima, & haec remota; ratio videtur esse, quod inter illam & peccatum nihil videtur mediare, propter quandam conjunctionem necessariam moraliter, quam videtur habere cum peccato; haec autem non ita videtur conjuncta, sed remota, quatenus mediat major libertas hominis, per quam consequitur peccatum. Ita Lugo disp. 14. n. 149.

Alii vocant occasionem proximam, quod non potest absolute, vel non sine magno periculo fieri, vel haberi sine peccato. Et hac ratione putant loqui Gregorium Homil. 24. in Evang. & refertur de Penit. dist. 5. c. 7. Negotium, inquit, quod ante conversionem sine peccato existit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non sinit. Et infra: Sunt enim pleraque negotia, qua sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est, ut post conversionem animus non recurrat. Intelligit officium telonii, quod ge-

rebat Mathaeus ante conversionem.

Adde, quod refertur eadem dist. c. 6. ex Gregorio 7. in Synodo Romana celebrata An. 1078. c. 6. Falsas Penitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur; id est, qui committunt miles, vel negotiator, vel alicui officio aditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpa gravioribus irretitus ad Penitentiam venerit, vel qui bona alienius iniuste detinent, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram Penitentiam non posse peragere, per quam ad aeternam vitam valeat pervenire, nisi negotium derelinquat, vel officium deserat, vel odium ex corde dimittat, bona qua iniuste abstulit restituat, arma deponat, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia.

Et cap. 2. eadem ex Leone Papa Epist. 90. aliis 92. ad Rusticum Episc. c. 9. licet scriptum habes: Penitenti utilis est etiam dispensatio pati, quam periculis negotiationis obstringi; quae difficile est, inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum. Item cap. seq. Contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis, post Penitentiae actionem redire ad militiam saecularem; cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus. Vide non est liber à laqueis, qui se militie mundanae voluerit implicare.

Nihilominus certum est, per se loquendo neque negotiationem, neque militiam defendendam esse; etsi in ipsis plures occasiones peccatorum occurrant, & difficile sit aliquando non peccare, etiam graviter. Unde Ioannes Baptista interrogatus à militibus Luc. 3. v. 14. Quid faciemus & nos? Non ait illis: Desinite militiam: sed: Neminem concitatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.

Et verò nimis manifestum est, non in omni negotiatione esse periculum proximam peccati, saltem mortalis; quamvis hic & nunc negotiatores ex mala voluntate, turpis questus gratia, peccent mortaliter: quod bene advertit Leo Papa supra c. 92. Qualitas laici negotiantem, aut excusat, aut arguit; quia est honestus questus, & turpis. Unde non dicit: Penitenti necessarium est etiam dispensatio pati; sed inquit: Penitenti utilis est etiam dispensatio pati, quod periculis negotiationis obstringi. Ceterum fieri posset, ut talis esset negotiatio, & talis inclinatio seu propensio negotiantis, v. g. ementis aut vendentis ad turpem questum, ut, nisi alia causa excuset, non deberet absolute sine proposito negotiationem deferendi. Et idem contingere posset in militia.

Quantum ad iura allegata, loquuntur de illis, quibus ob iustas causas, in Penitentia publica vel privata prohibito erat, redire ad militiam vel negotiationem, ut notat Glossa in cap. Contrarium, verb. Ad militiam, ubi sic ait: Hoc est verum, cum est ei imunitum & vel deliquit in ipsa militia supra dist. 50. Si quis post...

249. Probatur Conclus. ex Scrip. Eccl. 3.

Que sit occasio proxima & remota. Prima explicatio Leonis.

250. Secunda explicatio, quae videtur esse s. Gregorii de Penit. dist. 5. c. 7.

Penitentia utilis est etiam dispensatio pati.

253. Quamvis in negotiis saecularibus non sit peccatum.

De his qui in militia saeculari sunt, non debent peccare.

254. Contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis.

nam cum hoc est ei iniunctum nomine Penitentia, ne ad secularia negotia unquam revertatur, tunc observare tenetur, alias excommunicatur infra eadem cap. De his. Sed si est ei iniunctum sine privatum, sive solemnem egerit Penitentiam, de ca. teno redire non potest ad secularia negotia; quia quasi persona Ecclesiastica est, ut supra dist. 1. cap. Aliud. infra cap. De his. nisi sit negotium, quod sine peccato expeditur infra cap. Negotium. Haetenus Glossa.

Igitur fieri potest, ut negotiatio & militia, quamvis de per se non sint occasiones proximae; quia cum gratia Dei ordinaria in iis officiis peccata omnia gravia evitari possunt, & à multis evitantur, licet non sine aliqua difficultate; tamen hic & nunc respectu hujus vel illius personae moralem quandam habeant connexionem cum peccato mortali; quibus proinde vel Absolutio neganda est, vel deferenda negotiatio aut militia, nisi aliunde subfit rationabilis causa, de qua infra.

Unde non approbo, quod Aliqui docent apud Lugonem supra nu. 150. prudenter absolvi adolescentes, qui versantur cum feminis laborando vel conversando, quae in eadem domo non habitant, licet saepe ex tali occasione peccaverint mortaliter cogitatione, consensu, tactibus, vel copulâ; quia ea non censetur occasio proxima, sed remota; neque enim ex tali occasione semper, aut ferè semper, solent homines peccare mortaliter, & aliunde ad tollendam illam occasionem oporteret penitentem in eremum abire, ut omni commercio cum feminis liber esset.

Hanc, inquam, doctrinam generaliter intellectam, non possum recipere; neque Lugo potest recipere secundum suam definitionem occasionis proximae, superius relatae; quia experientia constare potest, in particulari adolescente talem conversationem frequenter talem effectum habere, id est, moraliter certò inducere ad peccatum mortale, sive alii ejusdem conditionis soleant frequenter peccare, sive non.

Cur ergo illa conversatio, secundum definitionem Lugonis, non erit occasio proxima isti particulari adolescenti? Erit planè; adeoque, nisi fortè excuset grave damnum corporale vel spirituale alioquin incurrendum, tenetur deserere illam conversationem, si velit debitè absolvi; quomodo enim potest habere propositum efficax non peccandi, immo quomodo non vult peccare, qui illud vult, quod moraliter certò habet annexum peccatum?

Nonne qui vult casum ex turri, censetur velle mortem corporalem, certò moraliter connexam? Nemo dubitat, nisi adsit justa causa, quare censetur velle istum casum, &

non mortem moraliter certò connexam. Sufficit ergo ad occasionem proximam peccati, quòd in tali homine moraliter certò habeat adjunctum peccatum, sive in aliis habeat talem effectum, sive non.

Si inferas; ergo pecco mortaliter, exercendo actionem, quam in me comitatur moraliter semper pollutio, quamvis in aliis hominibus non soleat habere talem effectum. Probatur Consequentia; quia est occasio proxima.

Respondere possem cum Aliquibus, concedendo totum; si absque ulla justâ causa hujusmodi actionem exerceas, quia censeri interpretativè velle pollutionem, cum scias illam ordinariè connexam hujusmodi actioni; sicuti praevidens homicidium in ebrietate, censetur illud interpretativè velle, & consequenter peccat peccato homicidii, tamesi in aliis hominibus ebrietas non soleat illum effectum habere.

Alii respondent Neg. Conf. quia non est occasio proxima alicujus peccati; quia pollutio, quae oritur viâ naturali ex miseria corruptae naturae, non est ex objecto suo mala, ac proinde illam velle, non est peccaminosum, saltem mortaliter; jam autem in casu proposito pollutio oritur viâ naturali ex miseria corruptae naturae, & non ex aliqua causa extrinseca per se influente, ut suppono.

Hinc non posses te inebriare sine peccato pollutionis, si scires, quod moraliter certò pollutio tunc tibi eveniat ex propria, vel aliena cooperatione; tamesi aliis hominibus in ebrietate id non soleat evenire. Et idem est, si scires subesse periculum consensus.

Si rursus inferas: ergo non pecco mortaliter, videndo mulierem speciosam totam nudam, si per experientiam scio, me ex tali conspectu nullatenus moveri ad libidinem; quamvis aliòquin in aliis hominibus soleat habere talem effectum.

Respon. neg. Conseq. quia, saltem ex natura sua, talis aspectus natus est in te causare talem libidinem; etsi hic & nunc per accidens non causet; & idem est de tactu partium inhonestarum: unde ex illa parte aspectus iste (utè & ille tactus) est graviter illicitus; quia qui vult causam per se, vult etiam effectum, etsi hic & nunc per accidens impediatur; & aliunde causa illa ratione effectus, qui natus est sequi, & regulariter sequitur, quasi objectivè mala est, & illicita, etiam tunc, quando certò scitur effectus non secuturus.

Quod etiam cernitur in lege positiva, v. g. in clausura Monialium, quae inducitur propter periculum incontinentiae; quamvis enim in casu particulari certò moraliter constet de summa continentia, equidem non cessat lex. Ergo similiter quando ex jure naturae

255. Objectio

Solvitur prima.

256. Secunda solutio.

257. Alia objectio.

Solvitur.

Cessante fl. ne legis in casu particulari nota cessat lex.



actio aliqua est illicita propter periculum libidinis, quæ per se nata est consequi talem actionem, ista actio manet illicita, est hinc & nunc moraliter certò constet de summa continentia.

258. Cæterùm agitur hinc potissimum de aliquo actu, qui ex se non est peccaminosus, v. g. cohabitatione, vel conversatione mulieris cum viro, quamvis præbeat occasionem ex mala voluntate cohabitantium peccandi, v. g. fornicandi; ut autem illa occasio sit proxima vel remota, attendi debet moralis conjunctio peccati hinc & nunc, considerata qualitate personarum cohabitantium aut conversantium, & aliis circumstantiis; unde cohabitatio aut conversatio, quæ uni potest esse occasio proxima, alteri solum erit remota, ut omnes fateri debent.

Ut autem Confessarius rectum ferat judicium de illa morali conjunctioe, multà opus est prudentiâ; sicut in aliis omnibus casibus, qui pendunt ex circumstantiis rerum & personarum; neque certa omninò regula potest assignari.

259. Hinc aliqui putant, simul cohabitantes, esse frequenter ex illa cohabitatione peccent, posse nihilominus absolvi, si cum proposito extraordinario, aut singulari dolore confiteantur; hæc enim faciunt, ut illa cohabitatio jam non sit occasio proxima; quia tales homines jam fortiores sunt, quàm antea, adeoque possumus sperare victoriam tentationum; præsertim si non possint sinè omni omninò incommodo separari, & primæ vices sint, quibus accedunt cum tali dolore & proposito, v. g. si nunquam velint esse solus cum sola, nec longos miscere sermones, aut leviter joculari &c.

Et dato, quòd adhuc foret occasio proxima, si non possint separari sinè gravi damno, fortè possunt absolvi, ut habet ultima pars Conclusionis, dummodo reverà proponant amplius non peccare; tunc siquidem occasio illa non est omnino voluntaria, velent enim separari, si commodè possent; & aliunde videtur adesse sufficiens ratio, quare censentur velle illam occasionem, & non peccatum mortale moraliter annexum; veluti qui, ut evadat incendium, saltat per fenestram, cum morali periculo mortis, non censetur intendere mortem, sed solam evasionem incendii.

Alioquin quid faceret filius-familias, qui solet peccare cum ancilla, quam ipse non potest expellere; & à fortiore, si cum fratre vel sorore? Nonne ipsi præclusa est via obtinendi Absolutionem à peccatis, eò quòd maneat invitus in illa occasione, dummodo adhibeat remedia, quæ commodè potest adhibere?

Multorum sententia est, posse absolvi, quæ tamen inefficaciter probatur, ut rectè advertit Dicastillo disp. 6. n. 340. ex cap. Consultationi 4. & cap. Laudabilem 5. de Frigidis & maleficiatis, ubi Lucius III. & Cælestinus III. permittunt, duos habitare simul, qui invalidè contraxerant Matrimonium propter impotentiam coeundi; hi, inquam, textus non satis probant; quia illa cohabitatio non semper est occasio proxima peccandi, ut perspicuum est in illis, qui mutuo consensu vovent castitatem, & tamen cohabitantes sicut frater & soror; porò cohabitationem fratris cum sorore, quis dixerit esse occasionem proximam peccandi?

Et sanè uterque Pontifex non solum permittit, sed manifestè supponit, licitam fore talem cohabitationem absque alia justa causa, Lucius III. cap. Consultationi ibi: *Romana Ecclesia consuevit in consensibus indicare, ut quæ tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.* Cælestinus III. cap. Laudabilem ibi: *Quod si ambo consentiant simul esse, vir tam, nisi non sit uxorem, saltem habeat ut sororem.*

Deinde in illis iuribus nulla fit mentio infamiae vel scandali, ut propter illud vel illam evitandam concederetur cohabitatio, quæ aliàs esset occasio proxima peccati. Patet inspicienti.

Fortè Aliqui probarent hanc sententiam exemplo Judith, & Esther; quarum altera Holophernis nuptias licitas sibi fore existimavit, altera cum Assuero nuptias contraxit, utraque absque spe conversionis viri, immo fortè cum periculo peccati; ut de Judith fatetur Ambrosius lib. 3. de Officiis cap. 13. ibi: *Non expavit moris periculum; sed nec pudoris, quod est gravius hominis formis.* Et insrà: *Honestatis sui se male promissis periclitari, ut omnes eximeret periculo.* Et idem potest dici de Esther.

Adde dictum Sancti Basilii de Constitutionibus Monasticis cap. 4. *Qui magnas aliquas causas & necessitate se periculo obicit, vel promittit se esse in illo, cum tamen aliàs nollet, non tam dicitur amare periculum, quam invitus illud subire; & ideo magis providet Deus, ne in illis peccet.*

Sed hæc verba non sunt Basilii. Que ergo? Etenim bellam, quod præter voluntatem nostram incidat nobis, excipere fortasse necessarium sit, ipsum vero aliquem sibi voluntariè creare, id vero summa stultitia est. Siquidem ignoscere ei possit, qui in priore illo victus sit (nolum autem id esse Christi Athletis evenire) ac qui in posteriore hoc superatus discedat, is, præterquam quòd rem odiosam ridiculam facit, non meretur etiam, cur sibi ignoscatur. Quocirca fugienda in primis cum mulieribus nobis congressiones sunt, collationesque neque ad eas unquam accedendum, nisi cum gratissima

258. Cohabitatio quæ uni potest esse occasio proxima, alteri solum erit remota.

259. Cohabitantes res possunt absolvi, si accedant cum extraordinario proposito;

presertim si sine incommodo non possint separari, & sint primæ vices.

Quid si sepius sic fuerint confessi, & non possint separari sine gravi incommodo?

263. Jam tunc ad exemplum Judith, non facile in ipsa peccata

non tunc in ipsa peccata

264. Alia tamen non hæc exemplum in

264. Alia tamen non hæc exemplum in

265. Quæstio.

vissima nos aliqua ad eas necessitas impellat, & aliter  
facere non possumus. Huculque Balilius, docens  
Monachos suos, quod nequaquam temere cum  
mulieribus congedi, & colloquiis texere con-  
veniat; in quibus tamen colloquiis ordinariè  
non est periculum proximum peccati mortalis,  
de quo hic tractamus.

Similiter responderi potest ad exemplum  
Judith, & Esther; videlicet non fuisse pe-  
riculum proximum gravius peccati; & in-  
dubie licitum est, se exponere periculo re-  
moto pro bono communi, immo & pro  
bono privato. Quidni etiam absque ulla ne-  
cessitate, cum in humano consortio foret  
difficillimum ac moraliter impossibile, ab iis  
periculis discedere? Alioquin (ut dicebat Apo-  
stolus 1. Cor. 5. v. 10.) *deberatis de hoc  
mundo exiisse*, adeo nempe familiaria sunt  
hæc pericula in singulis, serè hominum sta-  
tibus, officiis & negotiis, etsi inæquali-  
ter.

Atque ut fuisse periculum proximum,  
forte id fecerunt ex speciali instinctu divino:  
sic quippe ait Judith Ozia & Presbyteris:  
*Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis, ita quod  
facere disposui, probate si ex Deo est, & orate,  
ut firmum faciat Deus consilium meum.* Judith 8.  
v. 30. & 31. Et cap. 10. v. 4. legitur: *Cui  
etiam (scilicet Judith) Dominus contulit splen-  
dorem, quoniam omnis ista compositio non ex libi-  
dine, sed ex virtute pendebat.* Ex quo factum  
est, ut specialiter Dominus illam custodierit  
à peccato, ut ipsa fatetur cap. 13. v. 20. *Vixit  
autem ipse Dominus; quoniam custodivit me Ange-  
lus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, &  
inde huc revertentem, & non permisit me Dominus  
ancillam suam coquinari, sed sine pollutione pec-  
cati revocavit me vobis &c.*

Quidquid sit de his exemplis, & aliis si-  
milibus, quæ potius admiranda sunt, quàm  
imitanda, ad summum probant, urgente ex-  
tremâ necessitate, maximè boni commu-  
nis, præsumi posse speciale adiutorium Dei,  
ut præsumebat Judith, teste Ambrosio su-  
prà in fine cap. ibi: *Quanta honestatis auctoritas,  
ut Deum adiutorem præsumeret* l. quâ præsum-  
ptione fit; ut jam sit occasio remota, quæ  
aliàs fuisse proxima, id est, ut jam non  
sit moralis certitudo peccati, quæ aliàs  
fuisse.

Porro unumquemque, etiam maximum  
peccatorem, probabiliter posse præsumere spe-  
ciale auxilium divinum, quodcumque com-  
modè non potest occasionem alioquin proxima  
deserere, non facile credidero. Et tunc  
quæstio est, quomodo cum illa occasione pos-  
sit conjungi efficax propositum non peccandi  
de cetero.

Quod autem conjungi non possit, osten-  
ditur hoc argumento: Si scires ex revelatio-  
ne divina te damnandum, si talem domum

intraveris, debes, etiam cum gravissimo de-  
trimento, non solum privato, sed etiam com-  
muni, ingressum illius domus omnino fugere,  
ex obligatione saltem Charitatis erga te-  
ipsum, quâ debes velle, & procurare tibi bo-  
num salutis æternæ, cum jactura cujuscum-  
que boni temporalis tam proprii, quàm alieni;  
immo etiam cum jactura æternæ salutis pro-  
ximi; atqui majus malum est peccatum mor-  
tale, quàm infernus ipse, & carentia æter-  
næ Beatitudinis; ergo ex eadem obligatione  
debes omnino fugere occasionem, ex qua  
moraliter certò sequitur peccatum mortale,  
etiam cum gravissimo proprio, vel alterius de-  
trimento.

Respon. neg. Conseq. ratio disparitatis; quia  
æterna damnatio est physicè certa; pec-  
catum autem mortale physicè contingens, ut-  
pote adhuc dependens à libera voluntate ope-  
rantis. Deinde in inferno nulla est redemp-  
tio; at verò status peccati mortalis reparabi-  
lis est: *Si impius egerit Penitentiam ab om-  
nibus peccatis suis &c. vitâ vivet, & non  
moriatur.* Ezech. 18. v. 21. & alibi.

Dices; pro salute totius mundi non licet  
minimum mortale committere; neque ad  
evitandum infernum. Respondetur; neque  
minimum veniale; & tamen quis propterea  
dixerit, non posse quempiam manere in oc-  
casione proxima peccati venialis, quando il-  
lam non potest deserere, absque gravi no-  
cumento temporali, aut spirituali? Aliud  
ergo est peccare, quod nunquam licitum est,  
aliud permanere in occasione proxima pec-  
cati, quando illam deserere est moraliter im-  
possibile.

Contra; hoc est quod queritur, an quan-  
do absolute est impossibile, deserere occa-  
sionem proximam, nolle deserere non sit  
actu peccare; qui enim non vult tollere cau-  
sam per se, videtur hoc ipso velle effectum à  
se ponendum; per consequens velle peccare,  
cum peccatum proprium, ut supponitur, certò  
moraliter sit committendum.

Nec dixeris; solum permittit peccatum  
proprium; quia videtur esse implicatio in  
terminis, si enim peccatum proprium est, pro-  
pria voluntate committitur, & non tan-  
tùm permittitur alienâ voluntate commit-  
tendum. Unde non satis intelligo, quomo-  
do Doctores communiter in hac materia effi-  
caciter argumententur à permissione peccati  
alieni; quæ indubie licet ex justa & rationa-  
bili causa, qualis est grave respectivè damnum  
corporale, aut spirituale, ad permissionem,  
ut vocant, proprii peccati.

Haud dubium quin Deus possit permittere  
peccata hominum, & de facto permittat: *Non  
mittit peccata hominum.*  
*fit aliquid, inquit Augult. Enchir. cap. 93.  
& 96. nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo ut  
fiat,*

Responso.

Ezech. 18.

266.

Alia obje-  
ctio solvia-  
tur.

Sei solatio  
videtur esse  
petitio prin-  
cipii

267.

Non valet  
argumen-  
tum à per-  
missione  
alieni peccati  
ad per-  
missionem  
proprii pec-  
cati.

Deus per-  
mittit peccata  
hominum.

fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum, Deum facere bene, etiam sinendo fieri, quaecumque sunt male; non enim hoc nisi iusto iudicio sunt. Et profecto bonum est omne quod iustum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo sinceretur esse ab Omnipotente bono.

268.  
Permissio  
ista peccati  
aliquando  
est effectus  
prædestina-  
tionis;  
Rom. 8.  
9. Aug.

Et hanc ipsam permissionem peccati, existimo posse esse effectum prædestinationis: Quoniam, ut ait Apostolus Rom. 8. v. 28. diligenti-  
bus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Vique adeo profus omnia (utor verbis D. Augustini lib. de Corrept. & Grat.) ut etiam si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores. Ergo licet Deum orare pro permissione peccati tam proprii, quam alieni.

non ideo  
tamen licet  
orare pro  
permissione  
proprii pec-  
cati.

Negatur Consequens Ratio disparitatis assignatur à Doctoribus; quia peccatum proprium non fit sine propria voluntate, adeoque petere permissionem proprii peccati esset petere proprium peccatum; non sunt autem facienda mala, ut eveniant bona; velle autem permissionem alieni peccati, non est velle illud efficere; sed est velle illud non impedire, quod licet ex iusta causa. Ergo similiter velle occasionem proprii peccati; est velle proprium peccatum; velle autem occasionem proximam alieni peccati, non est velle illud efficere; sed est velle illud non impedire.

269.  
Objectio.

Dices; in casu Conclusionis non est voluntas occasionis proximæ; nam si commodè posset fieri, non permaneret penitens in illa occasione; sed potius permissio occasionis; ergo non est voluntas peccandi, sed potius permissio peccati.

Solvitur.

Respondeo; qui fornicatur ex metu mortis, nolle fornicari, si commodè posset; & tamen non solum permittit fornicationem, sed positivè illam vult; sicut ergo illa fornicatio propterea non excusatur à peccato, quia videlicet non fieret, si abesset metus; pari ratione videtur, quod permanere ex metu mortis in occasione proxima peccati, non debeat excusari à peccato ex eo, quod homo non permaneret, si metus abesset.

270.  
Instantia.

Instas; illa permanentia non est mala, nisi ratione peccati, quod moraliter illi connectitur; sed permanens non vult illud peccatum, neque expressè, ut suppono, neque interpretativè; quia adeest iusta causa, quare non censetur velle peccatum consequens; sed meram v. g. cohabitationem, ex qua sequitur peccatum.

Sicuti qui ex necessitate, v. g. chyrurgus, curandi causâ aspicit, aut tangit partes inhonestas, non censetur velle motus inhonestos, naturaliter consequentes; uti & ille, qui permittit ex eadem causâ tales tactus. Idem est de Confessariis, qui ex auditu turpium patiuntur tales motus, aut etiam pollutionem.

Respondeo disparitatem esse; quod illi motus sequantur naturaliter, contra expressam voluntatem patientis ejusmodi motus, in nostro autem casu peccatum non sequitur, nisi ex libera voluntate illud operantis; adeoque qui vult permissionem proprii peccati, sicut indubiè vult, qui permanet in proxima occasione, vult peccare; cum illa permissio dicat intrinsicè ordinem ad proprium peccatum. Alioquin quare non possum petere à Deo permissionem proprii peccati, sicut alieni?

Paritas esset in exemplis allegatis, si forte proximum periculum consensus; & tunc est præsens difficultas, an liceat illi aspectus, vel tactus causâ curationis. Similiter an liceat audire Confessiones, cum periculo consensus in pollutionem. Et qui negaret esse licitum, nescio quomodo efficaciter redargueretur; non enim sunt facienda bona, ut eveniant mala; quod intelligi non tantum quando illud malum est finis intentus actionis bonæ, tunc enim res plana est; sed etiam, quando operi bono moraliter certè annexitur propria operatio mala; secus operatio mala alterius, qui posset, si vellet, à malo abstinere. Ratio disparitatis; quia nunquam licet peccare, licet autem aliquando permittere peccatum alterius; per consequens licet aliquando dare occasionem proximam peccati alieni; secus peccati proprii.

Hinc Rituale Rom. Tit. de Penitentia. Videat, inquit, diligenter Sacerdos, quando, & quibus conferenda; vel neganda, vel differenda sit Absolutio; ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, aut vitam in melius emendare noliunt. Non dicitur Proximam peccandi occasionem deserere, si possunt, sicut dixerat de restitutione: Aliena, si possunt, restituere; sed simpliciter: Aut proximam peccandi occasionem deserere, tacitè innuens, nullam dari causam excusantem; sicut bene datur causa excusans à restitutione.

Si inferas; ergo parvulo, certè morianti sinè Baptismate in domo concubinae, non licebit eam intrare, si est proximum periculum consensus in peccatum; transeat totum.

Sed contra: taliter constituto debet quis succurrere jure divino. Respondeo; si potest absque peccato; alioquin, ut supra dixi, pro salute totius mundi non licet peccare; non solum, quando peccatum est medium necessarium; sicuti v. g. si aliqua diceret: Occidam me ipsam, nisi mecum forniceris; sed etiam quando moraliter certè connectitur medio, alioquin bono, ad salutem necessario.

Reponis; est petitio principii; queritur enim, an peccet constituendo seipsum in proxima occasione peccati. Respondeo; queritur, an illa necessitas excuset actum conexum à mali-

à malitia peccati, quam aliàs haberet; si ex-  
culat, manifestum est, quòd liceat se con-  
stitueri in proxima occasione illius actus,  
sicuti (ut exemplis Sancii in Select. disp.  
10.) qui dives est, & exercet officium fabri,  
sive ferrarii, sive lignarii, non tenetur die  
jejunii cessare ab opere, ut possit jejunare;  
neque ille, qui properat ad nundinas, tene-  
tur, ut audiat Sacrum die Festo iter interrum-  
pere, si occasio labatur è manibus. Ratio,  
quia illa omisso Sacri definit esse mala, simi-  
liter non observatio jejunii. Quid ergo mirum,  
si talis non peccet? Sed de hoc non queritur  
in presenti.

Supposito autem, quòd actus consequens  
& moraliter certè connexus, sit & maneat  
verum peccatum (ut in casu proposito manet)  
& aliquis diceret, occasionem proximam, in  
quantum talem, nullo casu distingui moraliter  
ab ipso peccato, nonne dilucidè sequeretur,  
sicuti, non obstante gravissimâ necessitate,  
illicitum est velle peccare; ita pari passu illi-  
citurum esse, velle illam occasionem, quæ mo-  
raliter est ipsum peccatum?

Dices cum Herinx parte 2. disp. 7. n. 72.  
Urgente necessitate potest, & debet poenitens  
sperare de divina bonitate & gratia, adhibitis  
cautelis suggerendis, se non lapsurum in oc-  
casione, quam alioquin paratus esset dimittere;  
sicut sperare debet & absolvi potest, cui vitare  
occasionem est physicè impossibile, v. g. ob  
periculum in propria carne, ob inevitabilem  
conclusionem in eodem loco cum concubina  
&c.

Sed contra; si potest sperare de divina  
bonitate se non lapsurum, jam non erit occasio  
proxima, sed tantùm remota; sicuti quando  
adhibet media extraordinaria, quibus pruden-  
ter sperat homo se præservare à peccato, ut  
ipse Herinx docet n. 70. ergo non est casus,  
de quo queritur.

Et sanè ponamus aliquem, qui in iisdem  
circumstantiis sæpiùs peccavit, quomodo po-  
test ille hâc vice sperare de bonitate divina  
se non lapsurum? Si enim bonitas divina,  
non obstante extremâ necessitate proximi,  
non custodivit ipsum à lapsu primâ vice, nec  
2. nec 3. quo fundamento talis potest sperare,  
quòd vigesima vice eum custodiet? Deinde  
ponamus, quòd Deus revelasset ipsi, quòd  
peccaret, saltem tunc non potest sperare  
de speciali bonitate divina. Et de illo casu  
queritur.

Nec valet argumentum ab impossibilitate  
physica, ad morale; quia nec ipsa fornicatio  
crit peccatum, si est physicè impossibile  
eam vitare. Numquid inde rectè inferitur,  
ergo etiam non erit peccatum, si est moraliter  
impossibile eam vitare, v. g. quia vel forni-  
candum est, vel moriendum? Liqueat sanè  
quòd illa Consequentia non valet; ergo si-

militèr, licet impossibilitas physica excuset  
à peccato occasionem proximam, non ideo  
impossibilitas moralis; quia cum impossibili-  
tate moralis sit libertas sufficiens & necessaria  
ad peccandum; secùs cum impossibilitate  
physica.

Institas cum Aliquibus; possum desiderare  
amico, aut saltem permittere, ut incidat in  
aliquod peccatum, ad hoc ut caveat à multis  
aliis, in quæ caderet, si illud non commit-  
teret.

Eslo, quid tum? Ergo possum mihi ipsi  
desiderare, ut incidam in aliquod peccatum,  
ad hoc ut caveam à multis, in quæ caderem,  
si illud non committerem. Existimas, quia  
Consequentia ista tenet? Consequenter exi-  
stimare debes, quòd sicut possum Deum orare,  
ut permittat peccatum proximi, quando illa  
permisso est effectus prædestinationis ipsius,  
ita quoque possum orare, ut Deus permittat  
me peccare, quando similiter illa permisso  
est effectus meæ prædestinationis: quod an  
verum sit, nolo diutius disputare, disparita-  
tem superiùs assignavi, cui hæc non placet,  
querat meliorem; vel consequenter totum  
admittat, & explicet nobis, quare potius  
possum desiderare mala facere, ut eveniant bona,  
quàm facere mala, ut eveniant bona.

Deinde perquiro; absolutè parato com-  
mittere peccatum mortale, possum persuadere,  
ut potius committat peccatum veniale? Planè,  
inquis, quia hoc est non tam suadere peccatum  
minus, quàm abstinentiam à peccato majori,  
quæ abstinentia indubiè licita est. Quero rur-  
sum, ut aliquis evadat mortem temporalem,  
aut aliud damnum æquivalens, possum ei  
suadere ut peccet mortaliter vel venialiter?  
Nemo audet affirmare. Cur hoc? Quia quod-  
libet peccatum est majus malum, quovis  
malo temporali, & non obstante, quòd sit  
necessarium ad evitandum istud malum, manet  
peccatum.

Prorsus, reponis; sed permanentia in oc-  
casione proxima peccati, quando est necessaria  
ad evitandum grave damnum corporale, non  
est peccatum: non enim intenditur peccatum  
moraliter connexus, sed tantùm evitatio  
damni temporalis, ad quam impertinenter  
se habet peccatum; adeoque peccatum non est  
voluntarium neque in se, neque in causa.

Veluti, secundùm Multos, Sampsoni non  
erat propria mors voluntaria, nequidem in  
sua causa (ideoque excusant ipsum à peccato)  
quia ruina domus, quæ seipsum cum hostibus  
oppressit, duplicem habebat effectum, æquè  
immediatum; unum bonum, scilicet mor-  
tem hostium; alterum malum, nimirum pro-  
prium mortem; & bonus effectus, qui solùm  
expressè intendebatur, alterius malitiam eli-  
debat.

Ergo similiter in casu Conclusionis; cum

276.  
Instantia

Solutus

277.  
Proponitur  
duplex quæ-  
stio ab Au-  
ctore, & re-  
ponio ad  
primam.

Responde-  
tur ad se-  
cundam.



permanetia in occasione proxima duplicem habeat effectum, aut quasi effectum, æquè immediatum, & necessarium, videlicet evitacionem mortis, & peccatum, v. g. fornicationis; evitatio mortis, quæ sola expressè intenditur, alterius malitiam elidet; immo peccatum non est effectus, nisi merè per accidens, utpote consequens ex libera voluntate peccantis, qui posset non peccare si vellet. Adde, fieri posse, ut evitatio damni sit effectus magis immediatus.

278.  
Rejicitur ab  
Auctore.

Respondeo; etiam fieri potest, ut peccatum sit effectus magis immediatus, v. g. ut Confessarius prius peccet audiendo Confessionem; quàm absolvat penitentem in extrema necessitate; ut prius peccet cum concubina, quàm baptizet parvulum, moriturum absque Baptismo. Præterea evitatio damni non magis est effectus per se, quàm peccatum; nam, ut patet in exemplis mox allegatis, pender à libera voluntate Confessarii audità Confessione absolvere, vel non absolvere, pender à libera voluntate illius, qui intravit domum concubinæ, baptizare parvulum morientem, vel non baptizare.

bonitas  
unius effe-  
ctus in casu  
proposito  
non elidit  
malitiam  
alterius.

Denique perspicuè manifestum est, bonitatem unius effectus non elidere malitiam alterius; quia fornicatio cum concubina æquè mala est, sive conjugatur Baptismo parvuli jam morientis, sive non conjugatur. Ex quo apparet magna disparitas inter hoc exemplum, & exemplum Samplonis; nam propter conjunctionem mortis propriæ cum morte inimicorum, mors propria, quæ alioquin fuisset peccaminosa, desit esse peccaminosa secundum illos Doctores; quia quæ aliàs fuisset mors directa, jam solum erat indirecta, de quo alibi plura diximus, quæ non est opus hic repetere. Vide disp. 2. sect. 1. conclu. 7. ubi de projectione parvuli in flumen, cum certa ejus submersione.

279.  
Quare in  
Conclusi-  
onibus  
addatur ly  
Fortè.  
Sanchez.  
Salas.  
Palao.  
Baf. Pontius.  
Joan Sanchez.  
Lugo.  
Dicastillo.  
Arriaga.  
Digna.  
Herincx.

Merito ergo in ultima parte Conclusionis addidi ly *Fortè*, ut ostenderem incertitudinem sententiæ alioquin satis communis, pro qua videri possunt Suarius disp. 32. sect. 2. n. 4. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 8. n. 3. Salas 1. 2. q. 6. a. 6. tr. 3. disp. 3. sect. 1. n. 31. Palao tom. 1. tr. 2. de peccat. essentia disp. 2. puncto 9. §. 3. n. 8. Basilius Pontius l. 5. de Matr. c. 35. n. 4. Joannes Sanchez in Select. disp. 10. n. 8. Lugo disp. 14. sect. 10. Dicastillo disp. 6. n. 19. Arriaga disp. 38. sect. 5. Herincx supra, Diana 3. parte tr. 4. resol. 269. & alibi.

Hoc firmissimè tene, & nullatenus dubites, multà opus esse consideratione & prudentiâ Confessarii, in discernenda & decernenda debita gravitate illius mali, ad quod evitandum, alioquin verè imminens, nec alio modo impedibile, penitens potest se exponere periculo proximo peccati; non enim sufficit

quodcumque malum, sed oportet sit respectivè grave, id est grave comparatione peccati, cujus periculo proximo penitens se exponit.

Joannes Sanchez in Select. disp. 10. n. 20. sic ait: Infero duodecimò & ultimò, negandum non esse Absolutionem ei, qui sua concubina, quam domi habet, mutuo dedit centum aureos, quorum recuperandorum spes nulla supererit, si domo illam ejiciat. Vel è contrà, si fœmina non recuperata esset centum sibi debita, si domum concubinari desereret; dictum est enim supra, quòd nullus teneatur occasionem proximam vitare cum magno suo detrimento; nec tunc dicitur velle occasionem, sed permittere; cum non abigere occasionem, non oriat, quia velit penitens in illa permanere, sed quia velit non incurere damnum quod abjectâ occasione obtineret. Unde nec tenebitur domo ejicere concubinam, si concubinario sit nimis utilis ad lucrandum bona temporalia mediâ negotiatione. Sicut enim qui dives est, & officio laborioso fungitur, ut ferrarii vel lignarii, altitudinem non est in die jejunii ab officio cessare, nec qui ad nundinas properat, tenetur, in die festivo audire missam, si ob id occasio accedendi elabatur, quantumcumque intendat ad nundinas ire causâ augendi lucrum, sic nec concubinam ejicere erit obnoxius concubinario, si ex ejectione magnam emolumentum esset non acquisiturus; sufficit namque proponere deinceps non peccare. Immo etiam concubina nimis utilis esset ad oblectamentum concubinari, vulgò, *Regalo*, dum deficiente illa nimis ægrè ageret vitam; & alia epulæ rædicio magno concubinarium afficerent, & alia famula ad id nimis difficile adinventur, ejicere illam non erit concubinario obligandus; quia oblectamentum in dictis circumstantiis est majoris æstimationis, quàm quodcumque bonum temporale, ob quod fas erit cuique admittere fœminam ad sui famulatum, quantumcumque metuat labendi periculum, si aliam non inveniat paris qualitatis illis in rebus, quæ sibi sunt maximè utiles. Hac utique Sanchez.

Sed an hæc sint probabilia (inquit Diana tom. 5. tract. 14. resol. 108.) aliis judicandum relinquo; quilibet enim tenetur saluti propriæ consulere, etiam cum aliquo corporali & temporali detrimento. Ita hic Auctor. Ego cum Arriaga supra n. 35. judico illos casus omnino esse improbabiles; quia ut gratiam faciant concubinario in uno puncto centum aureorum, aut sapidiorum ciborum, vel alicujus luci temporalis, reddunt illum totà vitâ gravissimè peccantem, & obnoxium mille periculis æternæ damnationis. Si aliquis detur casus, in quo liceat se exponere periculo proximo peccandi mortaliter, erit calus extremè periculi æternæ salutis, aut vitæ corporalis, vel

vel alterius boni, iudicio prudentum æquivalentis.

Et verò post hæc scripta, prodiit decretum Sanctissimi Domini nostri Alex. 7. de die 18. Martii a. 1666. in quo ad minus tamquam scandalosam damnat ac prohibet hanc propositionem: Non est obligandus concubinaris ad evitandam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinaris, vulgo Regalo, dum deficiente illa nimis agere avertet viam & alia epula radio magno concubinaris afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

Cæterum si à me queritur, an hæcenus dicta tantum intelligenda sint de occasione proxima peccati determinati, v. g. fornicationis; an verò etiam intelligi possint & debeant, de occasione proxima peccati indeterminati, v. g. si quis ex societate alterius experiat, se ordinariè induci ad peccandum mortaliter, sive peccato furti, sive fornicationis, sive alicujus alterius speciei.

Respondeo citius, me non videre rationem disparitatis; quippe non minus teneo vitare peccatum indeterminatum, quam determinatum; immo fortè magis, cum tunc exponerem me periculo cujuscumque peccati gravissimi, v. g. blasphemæ; aliàs solum periculo peccati minoris, v. g. fornicationis, ac proinde non minus pecco, exponendo me periculo peccati indeterminati quam determinati, quando æquè commodè utrumque periculum possum evitare.

Quod addo; quia fieri potest ut non sine maxima difficultate auferatur causa peccandi in communi, seu causa peccati indeterminati; cum aliàs facillimè possit evitari causa peccati determinati. Exempli gratià, aliquis experimento didicit, se ex aspectu foeminarum indifferenter sæpissimè graviter ruere; ut autem hoc periculum declinaret, deberet se à communi hominum consortio separare, tantumque ibi esse, ubi nulla ei foemina occurreret, quod, ut patet, difficillimum est.

Alius experimento didicit, tantum se peccare mortaliter ex aspectu hujus foeminae in particulari; ut autem hoc periculum declinet, sufficit v. g. ut tali hora maneat domi, ut non transeat per talem plateam &c. quæ liquet non adeò difficulter fieri posse.

Aliud exemplum, aliquis moraliter certus est, quòd, si maneat in mundo, aliquando peccabit mortaliter hoc vel illo peccato indeterminato; putas quia tenebitur intrare Religionem, ut illud periculum evitet? Non est credibile.

Loquimur ergo in casu, quo æquè facile declinatur periculum peccati indeterminati, atque determinati, v. g. scio quòd intrando istam domum peccabo peccato fornicationis determinatè, & intrando hanc domum peccabo peccato fornicationis, vel adulterii, vel furti

&c. indeterminatè, & possum æquè commodè ingressum utriusque domus declinare, dico, quòd non minus, sed potius magis peccet, intrando hanc domum, cum periculo peccati indeterminati, quam intrando istam domum, cum periculo peccati determinati.

Si dixeris; inter ingressum hujus domus, & peccatum, debet mediare proxima tentatio ad tale peccatum in particulari, nulla autem est tentatio proxima ad peccatum in communi; ergo ingressus hujus domus non est occasio proxima.

Respondeo; occasionem dici proximam, non quòd inter illam & peccatum nihil mediet; sed quòd inter ipsam & certitudinem moralem peccati futuri nihil mediet. Alioquin non deberem vitare ludum, quamvis scirem, ejus occasione sæpius me blasphemare; quia videlicet mediare debet tentatio, orta ex communiter accidentibus in ludo. Similiter non tenerem vitare transitum per plateam, quia mediare debet aspectus foeminae, ex quo oritur proxima occasio seu tentatio, quæ absurda sunt, dummodo certò moraliter illa ponenda sint, ex quibus oritur proxima tentatio ad tale peccatum in particulari. Ac proinde qui expertus est, jejunium hodiernum esse necessarium, ad vincendam tentationem crastinam, non debet expectare in crastinum; sed hodie debet jejunare, vel aliud remedium adhibere; quamvis debeat mediare tentatio; quia nimirum ex carentia illius remedii, sequitur moralis certitudo peccati futuri.

Deinde, sicut potest dari peccatum in communi, id est, actus, quo quis in genere amplectitur objecta naturæ grata, nihil curans de offensa divina, aut damnatione æternâ, cur similiter non possit dari tentatio proxima ad peccatum in communi? Non videtur dubitandum. Putas qui vellet peccare mortaliter, non determinando certam speciem peccati, non peccaret mortaliter? Scio quia non putas, & ideo nobiscum dic; caret sufficienti proposito, qui non vult deferere occasionem proximam peccati indeterminati, ubi & quando commodè potest eam deferere.

Sed quid si manens in occasione, ubi & quando commodè non potest eam deferere, semper relabatur? Nonne semper abolvendus est? Respondeo;

284. Objectos

Solvitur primo.

285.

Solvitur secundò.

286.

Solvitur tertio.

287.

Solvitur quarto.

288.

Solvitur quinto.

289.

Solvitur sexto.

290.

Solvitur septimo.

291.

Solvitur octavo.

292.

Solvitur nono.

293.

Solvitur decimo.

CON-

## CONCLUSIO XI.

Licet manens in occasione proxima peccati, tamen si semper relabatur, potest absolvi, quotiescumque habet efficax propositum; non semper debet absolvi.

286. Prima pars est Lugonis disp. 14. n. 156. post Joannem Sanctum in Selectis disput. 10. n. 16. & alios Theologos. Lugonem sequitur Dicastillo disp. 6. n. 362. Averſa quaest. 11. de Pœnit. sect. 3. Arriaga disp. 38. n. 38. Herincx parte 2. tr. 2. disp. 7. n. 74. Probatur; quia nihil aliud requiritur, ut Confessarius possit absolvere; quam ut prudenter judicet, pœnitentem habere animi dolorem ac detestationem de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: sed potest Confessarius aliquando prudenter judicare, pœnitentem; de quo loquitur Conclusio, habere animi dolorem ac detestationem de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero; ergo &c.

Major est certa, & Consequentia evidens; Minor probatur ab Aliquibus: quia vera Contritio stat cum morali certitudine relapsus, ut patet in iis, qui quotidie relabuntur in eadem peccata venialia; quibus tamen propterea non denegatur Absolutio, quantumvis etiam occasionem proximam illorum peccatorum non auferant, ubi & quando commodè possent auferre.

287. Hoc argumentum desumptum à peccatis venialibus (inquit Lugo supra n. 157.) non est efficax; quia minus requiritur ad propositum circa venialia, quam circa mortalia: neque enim qui proponit circa venialia, tenetur adhibere tantam diligentiam in tollendis occasionibus. Fatemur ergo, perseverantiam in occasione non repugnare secundum se, cum proposito vitandi illud peccatum; neque ideo negatur Absolutio perseveranti in occasione proxima, quia illa perseverantia præcisè repugnat cum vero proposito; sed quia velle perseverare scienter in tali occasione proxima peccati mortalis, est novum peccatum mortale: obligatio enim non peccandi mortaliter affert obligationem vitandi periculum proximum peccandi mortaliter, cui obligationi non satisfaciunt, qui cum possit non vult relinquere occasionem proximam, & ideo non absolviuntur, quia constat illum non habere propositum non peccandi, cum actu peccet non vitando illam occasionem proximam,

quam sub peccato tenetur relinquere. Hæc autem ratio non procedit in eo, qui confitetur venialia; nam propter levitatem materiæ non tenetur homo sub novo peccato ad tollendas occasiones proximæ eorum, tum quia sunt innumera; tum quia non tanti refert peccatum leve, ut sub peccato sit etiam obligatio vitandi ejus periculum. Hucusque Eminentissimus.

Sed gratis videtur supponere, quod, propter levitatem materiæ, non tenetur homo sub novo peccato, ad tollendas occasiones proximæ peccatorum venialium; licet enim levitas materiæ excuset à peccato mortali, unde constat quod excuset à novo peccato veniali? Numquid ipsa voluntas peccandi venialiter, excusatur à peccato veniali, propter levitatem materiæ? Jam autem velle occasionem proximam peccati venialis, ubi & quando commodè potest evitari, est velle interpretativè ipsum peccatum veniale; ergo novum peccatum veniale.

Unde existimo non esse absolvendum à peccato veniali, quod unicum confitetur, quod ubi nulla est necessitas, equidem nollet vitare occasionem ejus proximam; quia stare non possunt simul, voluntas de cetero non peccandi illo peccato veniali, & voluntas interpretativa ejusdem peccati; eodem modo, qui non stant simul voluntas de cetero non peccandi mortaliter cum voluntate interpretativa peccandi mortaliter.

Igitur Confessarii, qui passim absolvent pœnitentes, relapsos in eadem venialia, vel supponunt, aut certè supponere debent, non adesse occasionem proximam, vel si adsit commodè non posse eam evitari. Ergo sicuti pœnitens, sepius relapsus in idem peccatum veniale, potest absolvi, dummodo non adsit occasio proxima, vel si adsit, commodè non possit eam evitare; ita etiam sæpius relapsus in idem peccatum mortale poterit absolvi, dummodo non adsit occasio proxima, aut si adsit, non possit commodè; juxta dicta Concl. præcedenti, eam evitare.

Probatur ex Lugone supra n. 158. Quia sicut primâ vice potuit absolvi, eò quod cum tanto detrimento non tenebatur auferre occasionem illam; sic propter idem detrimentum quod perseverat, excusatur tempore sequenti ab auferenda occasione, neque est unde orta fuerit gravis obligatio nunc auferendi occasionem, quæ obligatio antea non esset: ergo si antea excusabatur, excusatur etiam nunc. Hæc ille.

Nec potest objici, nisi quod frequens ille relapsus, sit signum manifestum incorrigibilitatis, permanente occasione proxima. Sed ad hoc respondetur; hoc ipso quo in prima Confessione Confessarius judicabat occasionem proximam, judicabat etiam quandam incorrigibilitatem.

gibilitatem, alioquin non fuisset occasio proxima, hoc est, quâ stante homo moraliter loquendo semper ferè peccat; neque debuisset eam deserere, tamen potuisset sine gravi suo incommodo; si ergo primâ vice potuit eum abolere, etiam poterit secundâ & vigesimâ; neque enim propositum efficacius opponitur per se loquendo certitudini de uno lapsu, quàm de pluribus; si ergo simul stat cum moralis certitudine de uno peccato, etiam stabit cum certitudine de pluribus.

Quid si enim occasio proxima sit physice inevitabilis, v.g. fragilitas fundata in propria carne & natura penitentis, quam non potest abjicere, tamen veli? Vel si dixeris illam posse vinci orationibus, jejuniis &c. ponamus aliquem cum concubina inevitabiliter conclusum in eodem cubiculo; peccat semel, secundò, tertio, numquid minus absolvendus tertiâ vice, quàm primâ, si semper habeat efficacius propositum? Et verò cur tertiâ vice non possit habere efficacius propositum, sicut habuit primâ vice?

Fateor, ex illo frequenti lapsu sæpius prudenter colligi propositum non fuisse, aut non esse efficacius; etenim qui efficaciter & serio proponit emendationem moraliter possibilem, non continuo obliviscitur sui propositi; sed per aliquod saltem tempus perseverat, & difficilius ac rariis cadit. Atque idem dici posset de peccatis venialibus, quamquam quia illa minus possunt caveri, non tam facile suspicandum, propositum non fuisse, vel non esse efficacius.

Sed numquid ideo Conclusio nostra falsa? Non puto; quia tantum asserit hujusmodi absolvendum, quando cumque habeat efficacius propositum; an autem hic & nunc habeat propositum efficacius, relinquatur prudenti judicio Confessarii. Si Confessarius posset interiori animo immediate intueri, nulla foret difficultas; at cum ille, tanquam prudens Judex, debeat ex his, quæ experitur, & quæ videt judicare, potest aliquando merito timere defectum veri doloris & propositi, quidquid sit de re ipsa interitum.

Exultat porro Arriaga disp. 38. n. 30. longe majorem esse causam ad negandam Absolutionem homini manenti in occasione, postquam promisit eam deserere, quàm homini, qui relinquitur in peccato, postquam promisit se ea amplius non commissurum. Primò, quia occasionem tollere est longè facilius, v.g. dicere ancillæ, ut exeat domo (seclusis extrinsecis incommodis) quàm resistere tentationi postquam occasione, v.g. visâ ancillâ; qui ergo rem illam longè faciliorem non exequitur, valde ostendit, se nullum verum animum habuisse, cum sine illa ferè tentatione succubuerit. Licet enim aliquando fieri possit, ut ex tentatione & consensu peccati, mutet animum, quem reverà antea habebat deserendi occasionem, frequentius tamen & per se opposito modo evenit, ut relinquat occasionem domi, & postea vi illius trahatur ad consensum.

Secundò; in occasione tollenda tantum est difficultas pro una vice, ut patet; at manente occasione, sunt singulis momentis novæ difficultates & tentationes. Certum est autem, longè facilius esse semel hominem se vincere, quàm singulis momentis.

Tertiò; quò homo est vicinior Confessione factæ, censetur magis durare in bono proposito, & piis considerationibus, quas circa Confessionem habuit; ac proinde melius & facilius posse exequi, quod promisit, quàm longo tempore post Confessionem, quando à supervenientibus variis occasionibus & cogitationibus, etiam sine culpa ipsius, distrahitur ab antiquo proposito. Cum ergo ejicere occasionem possit statim post Confessionem, profectò si non facit, arguitur valde probabiliter, nullum serium animum habuisse. Quapropter absolute neganda est tali homini Absolutio, donec reipsâ occasionem deseruerit, quam commodè potest, & consequenter sub novo peccato tenetur deserere. Hæc est doctrina illius Auctoris magis securâ, & omnino practicandâ; nisi prudentia Confessarii in casu particulari, consideratis & maturè expensis omnibus circumstantiis, contrarium judicet expedire.

Atque hæc satis pro prima parte Conclusionis; ex qua videtur inferri contrarium secundæ partis; scilicet, Confessarium debere absolvere penitentem, quotiescunque prudenter judicat, ipsum habere efficacius propositum. Porro indicia efficacis propositi sunt, si particularia signa doloris ostendant; si jam adhibuit curam aliquam ad consuetudinem extirpandam, & ubi antea solebat quotidie peccare, jam solum peccavit singulis septimanis. Deinde si numquam admonitus fuit de mediis adhibendis ad tollendam consuetudinem, nunc autem admonitus, libenter ea suscipit, & proponit adhibere. Denique si adhuc maneat dubium, utile erit ad aliquot dies differre Absolutionem, ut appareat observatio propositi.

Tota ergo difficultas est, an quando Confessarius omnibus consideratis judicat, penitentem esse debite dispositum, adhuc possit aliquando negare Absolutionem, seu potius differre in aliud tempus. Communis sententia affirmat. Vide Auctores pro ea apud Dianam tom. 1. tract. de Circumst. resol. 55.

Et quidem ex consensu penitentis posse differri, à nemine dubitatur. Equè certum est non posse differri, quando ex dilatione timetur majus damnum spirituale, quàm bonum, utputà, quia concipiet aversionem à Confessione, non amplius rediturus. Oportet ergo, ut adsit justa & rationabilis causa, ut possit sine consensu penitentis differri; & quia illa non semper adest, & fieri potest, ut aliquando adsit, ideo dixi in Conclusionem: Non semper debet absolvi, id est, aliquando potest Absolutio differri, scilicet ex justa & rationabili causa.

Probatur, quia licet penitens legitime dispositus

Secunda Probatio.

294. Tertia probatio.

295. Indicia efficacis propositi.

296. An possit differri Absolutio, quando penitens est dispositus.

Ex consensu eius potest differri.

Sine consensu eius non nisi ex justa causa.

297. positus

Y y

Potesse differ-  
ri ex causa  
probatur.

Arriaga.

Arriaga.

298.  
Confirmatur.

Suarez.

Reginaldas.

Filiarius.

Bonacina.

Lugo.

Palatius.

Nicephorus.

Catechismus  
Romanus.

299.

Probatur ut  
ultima pars  
Concl. a pri-  
ori.

positus habeat jus ad Absolutionem, non tamen ad hoc, ut statim proferatur; potest quippe iudex arbitrari, quando & quomodo utilis debeat proferri sententia. Hinc Absolutioni potest præmittere spirituale exhortationem; potest docere pœnitentem & instruere, quando advertit ignorantem; etiam differendo Absolutionem, si jam non vacet instruere. Confimiliter ergo, quando meritò timet pœnitentem nunc absolutum, facillè relapsurum, nisi terretur dilatione Absolutionis, gravitatem peccati, & necessitatem emendationis agnoscat, poterit Sacerdos differre Absolutionem ad majorem pœnitentis utilitatem. Ego, inquit Arriaga supra n. 39. dicere possum, me multoties cum aliquibus juvenibus hoc remedio usum, & feliciter illud mihi successisse.

Confirmatur; quia, ex communi doctrina, potest Confessarius obligare pœnitentem ad Satisfactionem ante Absolutionem; non quidem per modum vindictæ, sed medicinæ, quando id iudicat necessarium vel utile, v. g. quia aliàs sæpè Satisfactionem omisit. Ita post Suarez disp. 38. sect. 7. n. 7. Reginal. lib. 7. n. 83. Filiucium tr. 8. c. 2. n. 56. & alios docet Bonacina de Pœnit. Sacramento disp. 5. q. 5. sect. 3. p. 2. n. 20. Immo, inquit Lugo, disp. 14. n. 170. apud Græcos sic solitum fieri, ut nemo ante expletam Pœnitentiam absolveretur, dicit Palatius in 4. dist. 15. q. 1. ex Nicephoro lib. 11. c. 26. quod cum publicis peccatoribus olim servatum fuisset, colligitur ex Catechismo Pii V. de Sacramento Pœnitentiæ n. 68. Hæc ille.

Verùm Catechismus Pii V. quo ego utor, non habet nisi numeros seu quæstiones 63. & in his nihil reperio ad hoc propositum. Tantùm ait q. 63. *Quod si interdum ob publicam offensionem, publica Pœnitentia prescribenda fuerit, quamvis eam pœnitens refugiat ac deprecetur, non erit facillè audiendus; verùm persuadere sibi oportebit, ut quæ tum sibi, tum aliis salutaria futura sunt, libenti atq; alacri animo suscipiat.* An autem illa Pœnitentia sit implenda ante Absolutionem, vel post Absolutionem, nulla ibi fit mentio. Palatium non potui videre. Nicephorum Calistum Historicum Græcum vidi, sed lib. 11. c. 26. nullum vestigium talis consuetudinis apud Græcos. Fortè erit Nicephorus Gregoras.

Ut sit, ab hoc usu Græcorum non pendet veritas nostræ Conclusionis; cuius ratio à priori est; quia Sacerdos non solum est iudex, sed etiam medicus; sicut ergo in Satisfactione imponenda, præ oculis habere debet, ut non sit tantùm ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem; sed etiam ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; ita quoque in danda Absolutione; neque in isto officio impediri potest à pœnitente. Jam autem fieri potest, ut Confessarius iudicet, planè necessarium esse ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, ut pœnitens ante Absolutionem restituat rem ablatam, jejunet,

vel audiat sacrum &c. Nihilominus Joannes Sancius in suis Pract. disp. Antuerpiæ impressis a. 1644. disp. 9. n. 6. contrariam sententiam sustinet dicens: *Jus non habet Confessarius ad interrogandum de consuetudine peccandi; cum neque illud habeat, ut bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad afficiendum pœnitentem pudore & dedecore, consuetudine peccati cognita; sed debet pœnitentem statim absolvi, si verè dolorem habeat qd præteritis, ac imposterum vitæ emendationem firmiter proponat. Et quidem circa hoc soles pœnitenti habenda esse, sicut in aliis, quæ contrà, & pro se dicit. Hæc ille.*

Unde inferit n. 7. quod si pœnitens probabiliter credat, Confessarium non impenitentem illi Absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, posse aquivocatione utendo negare consuetudinem, ut fiat sensus, *confiteor quod careo peccandi non absolvi, sed ad eam consuetudinem in præsentem.* Et hoc quoque procedit (juxta eundem Auctorem ibidem n. 8.) etiam credit Absolutionem se naturam; cum ad confitendum eadem peccata bis non sit devotus, nec ad patendum pudorem & dedecus ex consuetudine jam nota oriendum.

Deinde n. 9. idem existimat dicendum de occasione proxima inevitabili sine magno incommodo & scandalo. Qui, inquit Sancius, habet occasionem proximam, inevitabilem sine magno incommodo & scandalo, poterit aquivocatione utendo negare occasionem, licet interrogetur, si credat, non in absolvendum se, eà cognita; nam posito vero proposito emendationis, habet pœnitens jus ad Absolutionem, quæ sine errore à Confessario negari non potest; errore vero Confessarii foret, pœnitens non teneretur. Immo etsi certò crederet, adepturum se Absolutionem, poterit negare occasionem; cum ad hoc, ut minister rectè suo fungatur officio, nihil conducat scire, sitne pœnitens in occasione, vel non, dato quod illam vitare non potest, eò quod five cognoscatur occasio, five non, teneatur tamen Absolutionis beneficium impetiri. Hæc ille. Sed hæc opinio (inquit Dia. part. 1. tract. de Circumstantiis resol. 55.) sit tuta in praxi, remitto me iudicio aliorum.

Cardinalis Lugo disp. 14. n. 173. putat, illam esse contra omnes Theologos, contra præxiam Ecclesiæ, & contra finem hujus Sacramenti. Nam, inquit, illi etiam, qui tenent non esse obligationem explicandi in Confessione circumstantiam notabiliter aggravantem, quæ non mutat speciem; fatentur tamen, debere pœnitentem illam circumstantiam explicare, si à Confessario interrogetur; v. g. si accusat se de furto, & Confessarius interroget, quam summam furatus fuerit? Non potest negare, aut dicere fuisse 10. Julios, si fuerint mille; esset enim hoc decipere Confessarium in re gravi.

Respondeo; potest, secundùm illos Aucto-

res, respondere, se furatum summam notabilem; neque tenetur præcisè exprimerè in individuo, quot Julios fuerit furatus, supposito quòd abque interrogatione non debeat dicere. An autem possit respondere, se furatum decem, si fuerint mille, alibi disputabimus; pro nunc transeat quòd non possit; sed quid tum? Nam neque sine interrogatione, ut multi volunt, potest se accusare de furto decem Juliorum, si fuerint mille; sic enim non accusat se de peccato, quòd fecit; sed de eo, quòd non fecit; nam qui dicit in Confessione, *Furatus sum decem*, in communi modo loquendi & intelligendi videtur negare reliquos Julios usque ad mille.

Neque plùs valet ratio Lugonis; videlicet, quia Confessarius, cum sit iudex & medicus, habet jus ad interroganda illa, quorum notitia necessaria est ad utilem correctionem, vel Pœnitentiam imponendam.

Respondet, ad utilem correctionem illorum peccatorum, quæ penitens iure divino tenetur confiteri; similiter ad Pœnitentiam imponendam pro peccatis confessis, concedo totum; pro aliis quibusque peccatis, nego Assumptum. Unde si Christus non præcepisset Confessionem peccatorum in specie, ac sigillatim, sed tantum in genere, Confessarius huiusmodi habuisset jus interrogandi de peccatis in specie, vel de numero peccatorum; & per consequens, penitens nullam habuisset obligationem respondendi de illis ad interrogationem Confessarii.

Ex hypothesi ergo, quòd Christus non præcepit explicari circumstantias solum aggravantes, dico, Confessarium nullum habere jus de illis interrogandi, nisi in quantum possunt esse necessaria: ad explicanda peccata in specie & numero; ac per consequens, penitentem nullam habere obligationem respondendi. Si ergo explicatio consuetudinis, de qua Confessarius interrogat, non sit necessaria pro Confessione omnium peccatorum in specie & numero, nullam video obligationem penitentis eam explicandi.

Ex quo corrumpunt instantiæ, quas Lugo supra n. 173. adducit: Monialis, inquit, vel alia exultimata virgo, cum revera non sit, quando accusat se de peccatis contra castitatem, debet explicare se jam non esse virginem, atque ideo declarare peccatum suum antiquum, quòd jam confessa fuerat, supposito quòd circumstantia virginitalis mutet speciem peccati. Item conjugatus, qui cognovit sanguineam suæ uxoris, torques peccat, quoties petit debitum ab uxore propria, & debet explicare suum incestum, antea confessum, ad declarandum præsens peccatum. Item Sacerdos, qui filium spurium vult instituire hæredem, debet explicare peccatum illud præteritum, quo genuit filium, ad declarandum peccatum præsens de institutione ejus in hæredem & sic in aliis multis casibus, inquit Lugo.

Prorsus Eminentissime: sed interrogo unum verbum, ut Confessarius cognoscat peccatum meum fornicationis in specie & numero, necesse est, ut sciat me antea peccasse cum eadem persona, quam nunc à me dimissi, & cum qua statui firmiter amplius non peccare? Planum est quòd non; adeoque manifesta disparitas inter exempla tua, & consuetudinem peccandi, quando hæc non mutat speciem, vel numerum peccati, alioquin ex consuetudine commissi. Sin autem mutet speciem, vel numerum, tunc, sicut alia circumstantia, quas ibi enumerasti, debet manifestari non solum post interrogationem, sed etiam ante illam. Loquimur autem hic de consuetudine, quæ non debet explicari ante interrogationem.

Et reverà, si Confessarius habet jus interrogandi de omnibus illis, quæ aliquo modo possunt esse utilia ad instructionem penitentis, & consequenter penitens obligationem respondendi; etiam interrogare poterit de diversissimis peccatis antea legitime absolutis, v. g. ab illo, qui fuit fornicatus, an unquam fuerit furatus, non occiderit, non detraherit &c. nam & illa cognitio aliquando magis possit esse utilis ad correctionem penitentis, quàm cognitio reincidentia in idem peccatum: quia qui non abhorret à multitudine aliorum peccatorum, etiam graviorum, non multum curat unum peccatum fornicationis, adeoque ex cognitione istorum peccatorum, Confessarius possit judicare insufficiens propositum emendationis hujus peccati. Equidem quis obligat penitentem ad respondendum de omnibus peccatis præteritis, & ritè confessis, ac directè absolutis?

Quantum ad praxim Ecclesiæ, non solent Confessarii interrogare de consuetudine, cum sæpius diu laborare debeant, ut possint scire speciem & numerum peccatorum. Si interrogant, hoc ideo faciunt, ut sciant, an penitens sit in proxima occasione peccandi, de qua se non accusat, & quam alioquin tenetur deserre; adeoque ut sciat speciem, vel numerum peccatorum, & ut cognoscat legitimam dispositionem penitentis, id est, dolorem animi, cum sincero proposito non peccandi de cætero.

De fine hujus Sacramenti quid dicam? Finis intrinsecus Confessionis est valida Absolutio peccatorum, & si quidem hæc Absolutio haberi non possit, nisi explicatâ consuetudine, perspicuum est, sententiam Sancii esse contra finem hujus Sacramenti; ideoque falsam, & nullatenus practicandam, quoniam finis intrinsecus legis cadit sub legem; si autem valida Absolutio peccatorum obtineri possit, non explicatâ consuetudine, tamen si explicatio consuetudinis possit servire ad majorem utilitatem penitentis, existimo quia non est obligatio; cum finis extrinsecus legis, qualis est major illa utilitas non cadat sub legem.

Y y 2 Si

304. Confessarius non habet jus interrogandi de omnibus illis, quæ aliquo modo possunt esse utilia ad instructionem penitentis.

305. An sententia negans consuetudinem esse explicandam, sit contra praxim Ecclesiæ.

aut finem Sacramenti

is Pract. p. 9. n. 6. Jus non debeat, ut e ad affi. ore, continens ge prenem fir. oc fides que con. s proba. centurum tudinem o negare suam (juxta mli cre. ad con. vincit, ex con. dum de gno in. ancium, abilem poterit m, licet endum opposito Abio. negari overe, credat, negare re suo sine Od il. nofcas solida ed an Cir. re. illam axim enti, e ob. um. non con. ni. si à se de um. aut effec. i. To. res,

303. Interrogandi sunt illi, quorum notitia necessaria est ad utilem correctionem, vel Pœnitentiam imponendam.

301. An sententia negans consuetudinem esse explicandam, sit contra praxim Ecclesiæ.

306. Objectio. Si inferas; ergo propter maiorem utilitatem non potest Confessarius differre Absolutionem, quando alioquin pœnitens nunc est sufficienter dispositus ad remissionem peccatorum, & non sententia in dilationem, quæ est altera pars sententiæ Sancti, opposita nostræ Conclusioni.

Solvitur. Respon. neg. Conseq. quia licet pœnitens non teneatur procurare illam maiorem utilitatem, æquidem nullum habet jus, obligans Confessarium, ut factâ Confessione, actum absolvatur. Sicuti, tametsi fideles non habeant obligationem sumendi Eucharistiam cum majori utilitate; æquidem Ecclesia potest differre distributionem pro maiore ipsorum utilitate: ergo similiter poterit differre Absolutionem, etsi hic & nunc absolutè fiat dispositi ad remissionem peccatorum.

307. Sententia Arriagæ de casu proposito. Arriaga disp. 38. sect. 6. quamvis nobiscum sentiat, non esse obligationem explicandi qualemcumque consuetudinem peccandi, nihilominus (inquit n. 44.) quando consuetudo talis est, quæ verè ipsa sit quasi maxima causa

peccandi; necessum est eam manifestare; quia etiam tunc, illius præsentis peccati notitia perfecta, videtur exigere notitiam consuetudinis; cum ea consuetudo reddat illud peccatum, si non gravius, certè longè periculosius; ac proinde ex hoc capite alia requiritur non solum Pœnitentiæ; sed hortatio etiam, suspensio Absolutionis ad tempus &c. Hæcenus Arriaga.

Respondeo; peccatum illud longè periculosius, vel est specie, aut numero distinctum ab alio peccato minùs periculoso, vel non. Si primum, haud dubium, quin debeat explicari, non tantum post, sed etiam ante interrogationem Confessarii, neque de hoc queritur. Sin autem non est specie, aut numero distinctum, ubi præceptum divinum illud explicandi, etiam post interrogationem Confessarii profectò nullum huiusmodi præceptum existere, patebit ex his; quæ jamjam edidero de Confessione oris, quæ est secunda pars quasi materiæ huius Sacramenti, ad eoque secundo loco explicanda. Sit itaque

### SECTIO QUINTA.

#### De Præcepto Divino Confessionis.

1. Quas personas obliget præceptum Divinum Confessionis? **D**E necessitate Sacramenti Pœnitentiæ, & per consequens Confessionis oris, quæ est pars ejus quali essentialis, diffusè tractavimus sect. 1. concl. 3. Videantur ibi dicta: quibus suppositis, queritur primò, quas personas obliget præceptum divinum Confessionis? Respondeo:

Atque in primis obligationem sub mortali nemo inficiatur; gravitas enim materiæ per se patet, ei autem proportionatur obligatio, nisi aliud contuler de voluntate Legislatoris Deum autem voluisse obligare ad Confessionem tantum sub veniali, unde probatur? Nullam huiusmodi voluntatis reperitur vestigium vel in Scriptura, vel in SS. Patribus, vel in Conciliis. Hoc ergo sit certum.

#### CONCLUSIO I.

Confessio Iure divino obligat sub mortali omnes & solos, qui in Baptismo, vel post Baptismum mortaliter peccaverunt.

Prima autem difficultas est, quam infirmavimus sect. 2. concl. 1. ex Scoto 4. dist. 17. n. 10. ubi sic ait: Non videretur, quòd infideles tenentur ad præceptum de Confessione, si videlicet Confessio solum foret juris Ecclesiastici. Ergo, secundum Scotum, infideles tenentur præcepto divino Confessionis; ergo non soli illi, qui in Baptismo, vel post Baptismum mortaliter peccaverunt: nam per infideles Scotus ibi intelligit non baptizatos.

2. Probat Concluf. **H**æc Conclusio videtur propemodum expedita sect. 2. concl. 1. & 2. Si enim iure divino; ut ibi ostendimus, omne & solum peccatum mortale commissum in Baptismo, vel post Baptismum est materia necessaria Confessionis; ergo videtur, quòd Confessio iure divino omnes & solos obliget, qui in Baptismo, vel post Baptismum mortaliter peccaverunt; quare ad eas Conclusiones remitto Lectorem meum. Addo, quæ huic loco referavimus.

Ut sit de Scoto, qui, ut bene notat Dicastillo disp. 7. n. 12. non admodum clare loquitur, non desunt Auctores probati, qui assertivè doceant, infideles obligari præcepto Confessionis. Ita Richardus in 4. dist. 17. a. 2. Sylvester verb. Confessio. 2. q. 5. Angelus eodem verbo, n. 2. & novissimè Hiqueni in suo Commentario ad illam distinctionem Scoti n. 17. Probat autem n. 18. quia lex Evangelica promulgata est tam fidelibus, quàm